IOAN. BRI. Dictarũt proceres: dictare ut dictũ ẽ: enũciare qd alius excipiat: uñ dictata: In lectis citreis. i. discubitoriis. Nã antiq in lectis discumbebant: Hora. Sæpe tribus uideas lectis cœnare q̃ternos. Iuue. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto. Terẽ. Lectulos ĩ sole ligneis pedibus faciundos dedit ubi potetis uos. Vir. Auleis iã se regia supbis Aurea cõposuit spõ. eosdẽ toros appellarũt. Mart. Impat extructos soluere nona toros. Verg. Inde toro pater æneas sic orsus ab alto. i. lecto discubitorio: cõtra eos q toros p sellis exponũt cũ nusq̃ hoc inueniatur Hoc ideo de lectis studiosius scripsi: ut impitiores hoc loco lectos discubitorios intelligãt: nõ aũt ubi dormirẽt: nã cœnãtes pletũq; tãto. n. scribẽdi studio tenebant: carmiã dictabant. Ho. Mutauit mentẽ populus leuis & calet uno scribẽdi studio pueriq; patresq; seueri. Frõde comas uincti cœnant & carmina dictant. Lectis citreis: hoĩem diuitẽ designat. Atlas mauritãiæ mõs citrũ arborẽ producit: unde mẽsæ citreæ fiebant tãta taxatione: ut harũ sũptus fœiæ uiris exprobrarẽt: cũ ipsis margaritarũ luxus exprobraretur: eæ p̃cipue laudabant q̃ nudati pauonũ caudæ oculos imitabant: tanto auro repẽdebantur. Mar. Accipe fœlices athlãtica mũera syluas: Aurea q dederit dona maiora dabit. Et tridiniorũ lecti discubitorii his tabulis operti pauonini dicebant Mar. Noĩa dat spõdæ pictis pulcherrima pẽnis: Nũc iunõis auis: sed prius argus erat. Calidũ scis ponere sumen: hinc excãdescit poeta quod laudatores cœnis & muneribus cõducat. Hor. Nõ ego uẽtosæ plæbis suffragia uenor. Impẽsis cœnarũ & tritæ mũera uestis. Nõ ego nobiliũ scriptorũ auditor. Mar. Quod tã grande sophos clamat tibi turba togata: Nõ tu põponi cœna diserta tua ẽ. Sumẽ: ex papillis porcæ lactantis fit: ut placet Pli. idq; optimũ ex porca primipara potiusq; uetere q̃ nouella: si mõ fœtus ñ hauserit. Mart. Esse putes nõ dũ sumẽ sic ubere largo Effluit: & uiuo lacte papilla tũet. Et uerẽ inqs amo: uerẽ mihi dicito: q scribebãt q̃uis mũeribus & cœnis laudatores cõducerẽt: tñ se assẽtatiões odisse mõstrabãt: & ueritatẽ qdẽ amare: Mart. ĩ Gallicũ. Dic uerẽ mihi marce: dic amabo. Nihil ẽ qd magis audiã libẽter. De me: cũ iferioribus coniungũtur: ut fit sẽsus & ordo. De me qs populi sermo: Cætera q̃ iterponũtur a poeta: tãto stõacho & irrisiõe iferũtur: ut singulis pene uerbis ardeat ĩdignatio: Qui pote. i. qũo possibile ẽ te ex his uerẽ audire: q ob cœnas & mũera accepta tibi assentari cogunt. Qui: p qũo. Terẽ. Quis scis. Vis dicã: q̃si ille dixerit: Cur ñ mihi uerẽ dicetur Nugaris cũ tibi calue Pĩguis aq̃liculus: pro. se. ex. insanus qdẽ es: si ex te proficisci putas q̃ digna sint laude: cũ uẽtri tm̃ ĩseruias: ex quo inuit ex crasso hoĩe & gulæ tm̃ ĩdulgẽti subtilẽ sẽsũ ñ elici: nã ut scri. Pli. Magis auidi sũt ciborũ: qb⁹ ab aluo lõgi⁹ spatiũ: idẽ: mĩus solertes qb⁹ obesissim⁹ uẽter. i. pĩguis. Nugaris. i. p nugis carmiã tua bñda sunt. i. male qdẽ uersificaris: nec aliter fieri potest: ut bene scribas: cum epulis intentus sis.

BAR. EON. Scis comitẽ horridulũ: pro trementi horridulũ ponit: qm̃ frigus horrorẽ solet inducere: Ver. Cãpiq; natantes lenibus horrescunt flabris. Lacerna trita. Lacerna genus uestis est. Iuue. Crispinus tyrias humero reuocante lacernas. Vnde lacernatus: lacerna indutus deducitur: ut apud eundem poetam: Ipse lacernatæ: dum se iactaret amicæ. Qui pote: quomõ possibile est: nam hic & hæc potis: & hoc pote dicitur. Vnde Comparatiuũ potior: & superlatiuũ potissimus: & aduerbia potius & potissime deriuantur, Dicit autẽ quo pacto uerũ narrari ab auditoribus tibi uis: quos beneficiis obligaris. Vis dicam: Vis ne ut tibi uerum: & qd sentio eloquar. Nugaris cum tibi calue pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet: Nugas loqueris: acpe insanis talia carmina describendo: cum ingenio rudi & pingui sis: Nam quod uentris est ad animum atque ingenium nõ sine cã rettulit. Vt. n. Pli. li. xi. scri. Minus sollertes sunt qbus obesissimus uenter est. De Diogene ãt mutatus ẽ: q ut apud Laer. legitur in Anaximenẽ iocatus inqt: Pingui aqualiculo rhetorem impartire: & & nobis paupibus uentrẽ: quippe & ipse leuigaberis: & nobis emolumẽto eris: Aqualiculus uero aluus est in quã sordes cõfluuntur: qui & si proprie porcorum est: quandoq; tamen de homine reperitur.

Dictarunt proceres: nõ quicquid deniq; lectis
Scribitur in citreis calidum scis ponere sumen.
Scis comitem horridulum trita donare lacerna
Et uerum inquis amo. uerũ mihi dicito: de me
Qui pote: uis dicam? nugaris: cum tibi calue

IOAN.BRI. Pinguis aqualiculis:hinc fremit poetã. Aqualiculus:receptaculũ est sordiũ: Extet:emineat Sesquipede:uno & dimidio pede:sesqui.n.ĩdeclinabile significat unũ:& dimidiũ:addit cuius noĩs.Pli. Iunior ita scribit. Egeram tribus horis & dimidia:superat sesqui hora:nã ita diuiserat tẽpora reus:ut ego quinq; horis: ille reliquis uteretur. Festus sic:Scipio Aphricanus primus fortissimum quenq; delegit qui ab eo in bello nõ discederent & cætero munere uilitiæ uacarent & sesquiplex stipendium acciperent. Propenso: protento quod procul pendeat.i.emineat. Calue:qd hoc loco alii suspicentur uiderint. Ego uero ita interpretor: ut p irrisionẽ eum caluũ uocet hoc est poetam egregiũ nã caluus poeta fuit epigrammatũ præstantia celeberrimus tpibus.C. Cæsaris de quo ita scri. Tranquill⁹.C.Caluo potest famosa epigrãmata de recõciliatione per amicos agenti ultro ac prior scripsit: Eiusdem Pli.Iunior ita meminit. Præterea Põpeius Saturninus facit uersus quales Catullus aut Caluus. Et alibi cãto carmina uersib⁹ minutis:His olĩ qbus & meus Catullus:& Caluus uetereſq;:de Caluo poeta itẽ sic legit apud Macrobiũ: nam & apud Caluũ Acterianus affirmat legendũ. Pollẽtẽq; deũ uenerem:non deam.Ouidius Obuitis huic uenies hedera iuuenilia cinctus Tempora:cũ caluo.docte catulle tuo.Est igitur sensus O calue:O tu poeta qui te alterum Caluum carminis præstantia putas: sicque irrisio est. Caluus item optimus orator fuit & de quo & Plinius & Tacitus sæpe meminit in opere de claris oratoribus.

Pínguis aqualiculus ppenso sesquipede extet.
O íane a tergo quem nulla ciconia pínsit:
Nec manus ariculas ímitata est mobilis albas:
Nec linguæ quantum sitiat canis apula tantum
Vos o patricius sanguis quos uiuere fas est:
Occipiti cæco posticæ occurite sannæ.

O Ianea tergo:nimia indignatione exclamat poeta appellans ianum felicem:cui a tergo ea non fiunt quæ aliis fieri solent·Nam ianum bifrontem fuisse fabulata est antiquitas quasi superum & inferum ianitorem: Vt Macrobius scribit ex sententia Bassi:eundẽ quadriformẽ quasi cõplexũ quattuor mundi climata. Nulla ciconia:modus est irrisionis idest digiti in unum collecti in modũ rostri ciconiæ:Occidisse ciconiã in thessalia capitale fuit:quod eæ serpentes necent: Quo e loco ueniant:quoue habeant incertum est. Pinsit irridet sũptũ a pistoribus qui ante usum molarũ frumenta in pilã coniecta pinsebant idest tondebant: unde pistores & pistrinũ & pistillus: Diomedes tamẽ grãmaticus pinsat legit a prima coniugatione. Auricũlas albas: idest asininas quæ interiori parte albicant:Imitata:qui temporibus apponitur moueturq; instar auris asininæ. Nec linguæ: subaudi cui:sit ordo. O ianecui. Nec tamen linguæ:deest exeritur in derisione. Quautũ.s. exerit. Sitiat:deest cũ:ut sit cũ sitiat. Canis apula:apulia æstuosa est:nã ut Varro scribit ubi lati cãpi:ibi magis æstus:& eo in apulia loca calidiora & grauiora:& ubi montana ut in uesuuio ibi leuiora:& ideo salubriora Hora. Nec tantus unquã syderũ insedit uapor siticulosæ apuliæ: Vos o patritius sanguis iuidiose hoc dicit: nã oẽs fere carminũ studio tenebantur:ut inde laudẽ mererentur:unde illud exit horatianũ.Scribimus ĩdocti dictiq; poemata passim:idẽ alibi:Mutauit mentẽ populus leuis:& calet uno Scribendi studio. Iuuenalis. Expectes eadẽ a summo minimoq; poeta. Vos o patritius sanguis apostrophe ẽ.Hæc enim schemata & iis similia cõuertunt in se auditorẽ languere patiuntur. Occipiti cæco.idest irrisioni quæ a tergo fieri solet. Sane irrisio quæ fit distorto uultu:unde subsanare.

BARTOLOMEVS FONCIVS. Propenso sequipede.Extenso ac porrecto: Sesquipes autẽ unum pedem & semis continet. Sesqui enim semis significat.Varro de re rustica libro primo.Annus est diuisus in quattuor partes totus & idẽ subtilius sequimenses in octo. Sequimensis itaque mensem unum & semis complectitur cũ annus in duodecĩ menses partitus sit. O Ianea tergo.Eiusmodi popularis auræ cupidos a tergo postea irrideri significat.Ianũ autẽ propterea inuocat:quod cũ bifrons pingatur:a tergo nequeat irrideri.Nulla ciconia. Extremis digitis in rostri formã collectis acerba manus & brachii motatione ciconiæ collũ & caput exprimitur in eius infamiã:quem ridemus. Pinsit:pinso uerbũ antiquum est. Nam ante molarũ usus frumenta in pilis pinsebant.Vnde & pinsores dicti sunt:qui postea pistores cognominati. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas? Applicaris expansarũ manuũ ad tẽpora pollicibus crebro palmarũ motu:asini aures nõ sine risu representantur in eius ludibriũ:quẽ a tergo irrideamus. Quod a Midæ auribus tractũ est.Nec linguæ tantũ.Lingua in aliquẽ exertare irrisionis est signũ. Sitiat canis appula quantũ Canis per æstũ defatigata multũ lingnæ exertat:in appulia præsertim:ubi calores ĩmensi sunt eam siticulosam Horatius appellauit. Vos o patritius sanguis.Meliores hortatur & quorũ scripta diuturniora futura sint:ne plausu & adulationibus capiantur quo tales irrisiones effugiant. Occipiti cæco:Occiput & occipitum posterior capitis est pars.Quam iure cæcã eũ oculis careat:appellauit. Posticæ occurrite sannæ.Euitate irrisionem quæ ab occipitio distorto ore & labris contractis fit anteriorum dentiũ ostentatione.Quo uocabulo & Iuuenalis est usus.I nunc & dubita qua sorbeat æra sana Tullia.Hinc sannones ridiculi homines:in dictisque uacuis fatui appellantur.Cicero ad papirium petũ salis enim satis est:sannionum parum.Sãnatores quoque eos: qui benigne irridẽt:nuncupamus:Desannare etiã per fastidiũ deridere significat.Posticæ sannæ.Postica dicuntur quæ post nos sunt:sicut antica quæ ante.Vnde posticum hostium in posteriore parte ædiũ sitũ dicitur Horatius.Postico falle clientem.

IOAN.BRI. Quis populi sermo:cum superioribus coniũguntur:ut sit De me qs populi sermo:nã cæte ra:ut dictũ est poeta interposita sunt.Quis.n.laus assentatoris:Horatius scribet mala carmina uecors Lauda to. Quis.n. subaudi ē. ironia ē assentatoris. Nisi carmina molli:nunc demũ nunc ego fluere: sic Hora tius de ficto laudatore:Clamabit enim pulchre:bene recte:idem alibi. Derisor uero plus laudatore mouet. Fluere:sumptum ab aquis quæ molliter & sine strepitu fluunt. Molli nũero:suaui rithmo. Vt iunctu ra:Compositio uerborũ. Effundat:trãsmittat nulla intercurrẽte asperitate:translatio est sumpta a marmora riis q iuncturã lapidũ unguibus ptẽtant:unde or tum ē illud dictũ rẽ esse factã ad unguẽ: cum uolu mus significare rẽ esse perfectã. Per leuæ.i.leuo rẽ.& scribitur per æ dpthongon. Vngues seue ros:scrupulorũ inuẽtores. Scit tẽdere uersum.i. tã quidẽ recte uersum facit:ut ex oĩ parte quadret: & æqualis sit:sumptũ a fibris lignariis q rubrica li neas rectas in lignis dirigũt. Rubricã: tertia ē ru fa:quæ alio nomine Sinopis dicitur: primũ inuẽ ta auctore Pli.in põto: unde nomẽ a Sinope urbe nascit:& in ægypto:balearibus:aphrica:sed optĩa in Lẽno:& in Cappadocia effossa:& in spelũcis: q̃ saxis adhæret excellit. Ex reliqs rubricæ generibus fabris utilissima ægyptia & aphricana:quoniã maxime sorbentur. Siue opus in mores:in luxum: & prãdia regũ dicere res grandes:quodcunq; inqt uelit scribere noster poeta:siue satyricum carmẽ:siue tragœdiã:mu sa res grãdes ei suggerit.Ordo est:musa dat nostro poetæ dicere res grãdes.Siue opus in mores: subaudi scri pturus sit aliquid tale. In mores & luxum. Alii autem distinguntur:ut per mores comœdiam intelligant. Per luxum uero satyram accipiant. Alii uero coniũcta legunt:ut sit rei exaggeratio:idest satyram : quæ & mores & luxũ hoĩum persequtur:& hoc melius. Luxũ:luxa mẽbra e suis locis mota & soluta dicuntur: a quo luxuriosus in re familiari solutus:ut scribit Festus:luxuria est igitur omnis morũ solutio. Prandia regum: idest tragœdiã:qua cœnæ regum exitiose scribuntur. Ecce modo heroas:sensus afferte uidemus:indignatio est in quosdã græculos:idest in eũ qui paulũ aliquid ultra primas litteras græcas progressi ubiq; græce p strepũt:cũ latinarum litterarũ cognitionẽ perfectam nõ habeant:Quod turpe ostẽdit etiã Iuuẽalis. Omnia græce:cum sit turpe magis nostros nescire latine. Hinc ergo fremit poeta nullo modo ferẽs ab hiis poemata heroica scribi:cum nec ad minima quæq; describenda sint apti. Ex quo innuit Persius poetas oportere oĩ stu diorum genere præditos eẽ. Ecce:particula ē incipientis & rem nouã demonstrantis. Solitos nugari græ ce:idest nec adhuc tamen perfectos græcos. Sensus heroas:idest heroicos:principale pro deriuatiuo:ut Vir gilius:Hoc itacus uelit pro itacẽsis. Nec artifices:doctos. Ponere:scribere:ut alibi :Fabula seu mœsto ponatur hianda tragœdo. Lucum:quasi rẽ humilẽ & minimam. Lurũm:aut enim generaliter loqtur: aut Lu cum dicit Marti consecratum:in quo peperit Ilia Romulum & Remum.Sequitur enim.unde Remus: nã de eo multi scripserant.Iuuenalis:Nota magis nulli domus est sua q̃ mihi lucus Martis: Sed generaliter locutũ esse magis placet.

Quis populi sermo ē.quis.n.nisi carmina molli
Nunc demũ numero fluere:ut per leue seueros
Effundat iunctura ungues:scit tendere uersum
Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.
Siue opus in mores:in luxum & prãdia regum
Dicere res grãdes nostro dat musa poetæ:
Ecce modo heroas sensus afferre uidemus
Nugari solitos græce nec ponere lucos

BAR.FON. Quis populi sermo ē:Vẽtosi scriptoris interrogatio qd de se populus colloquatur. Quis.n. respõdẽtis assentatio.Enĩ ãt õrnatus & metri cã posuit Virgi.Quã plus æneas tibi enim tibi maxima iuno mactat.Molli nũero fluere. Nunc tandẽ elaborata:perfectaq; ad amussim carmina esse. Vt per læuæ seue ros effundat iunctura ungues:translatio ab his est:qui unguibus lapidũ cohærentẽ iuncturã probãt.Marmo rii.n.iuncturas marmorũ tunc absolutas existimant:cum unguis superductus nihil ostendit. Hinc ad unguẽ facta esse dicimus:quæ absolutissima esse putari uolumus. Per læue:læuigatum & planum. Læue enim cũ prima syllaba per æ dipthongon effertur:nitidum & perpolitũm:sine dipihongo uero prima breui:minime põderosum significat. Oculo rubricam dirigat uno.Lignarii:fabri:lapidũq; sectores rubricata linea opus dirigunt:unoq; oculo clauso eius rectitudinẽ metiuntur:ne uago amborũ oculorum discursu norma rectitu dinis conturbetur.Rubrica uero pluribus nascitur locis:rubraq; est & nimio proxima colore palma lemniæ dabatur.Fabris uero utilissima ægytia & Affricana. In mores:in luxum:in prandia regum. Quidam mo res pro comœdia:luxum pro satyra:regum prandia pro tragœdia ponunt. In hiis sane uerbis cæ'a oratiõe si ne copula interuallis distinctis articulis exornatio est. Ecce modo heroas sensus:Ecce demonstrandi aduer bium est:Atque ut Asconius Pedianus in Verrem scribit:In rebus improuisis Ciceronis proprium est quod nõ sine diligenti cura Vergilius quotiens opus fuit sibi desumpsit.& hoc quoq; in loco summa cum arte Per sius posuit.Ineptos enim atq; ineruditos poetas nõ expectato:ac quasi de improuiso reprehendit:Qui cum lucũ describere:aut ruris cõmoda laudare:q̃ qdẽ parua sunt:nesciãt:maxĩa tñ aggredi nõ erubescãt. Nuga ri solitos:græce uel græcorũ more nugas inserere:uel græce describere:qd' Horati' quoq; in sermo: carpit: a Quirino se monitum dicens ne græcorum cateruas implere uelit. Nec ponere lucum artifices: nec qui arti ficiose aliquem describere lucum sciant.ponere enim scribere est. Lucus uero a contrario nomen traxit: quia opaca adumbratio parum luceat.

IOAN:BRI. Rus saturum:plenum & omnium abundans:rus dictum ut Varroni placet ꝓ quotannis rursum eadem facienda sunt ut rursus capias fructus. Laudare:hinc poetæ uirtus cognoscitur:cum rem uerbis & extollere & deprimere nouit. Parilia:festa palis deæ pastorum:ꝓ & feriæ ei deæ fiunt:sic dicta ut cerealia a Cerere uinalia a uino uulcanalia a uulcano.usus tamen obtinuit:ut parilia non palilia dicerentur:quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebāt.xii.kalendas Maias:ut scribit Seruius:parilibus Romulus urbem condidit:quem diem festum præcipue habebant minores:auctores Fastus:& Varro de re rustica. Fumosa fœno:nam pastores ut diximus.xii.kalendas Maias solennia quedam in honorem Palis celebrabāt: quæ putabantur ad salutem tam pastorum q̄ pecorum q̄ cantum pertinere:unde Ouidius:Pelle procul mor bos ualeant hominesq; gregesq;:Et ualeāt uigiles p uida turba canum deæ enim liba offerri solita:Idē testatur.Quæ precor eueniant:& nos faciamus ad annum:Pastorum dominæ grandia liba pali.stipulatum manipulos summa effusi hilaritate transilie-

Artifices nec rus saturum laudare ubi corbes
Et focus & porci:& fumosa parilia fœno:
Vnde remus sulcoq; terens dentalia quinti
Cum trepida ante boues dictaturā induit uxor:
Et tua aratra domum lictor tulit euge poeta

bant idem.Moxq; per ardentes stipulæ crepitantis aceruos:Traiicias celeri strenua membra pede. Tibullus Ille leuis stipulæ solennis potus aceruos:Accendit flammas transilietq; sacras:sicq; ea sacrificii solennitate expiari putabat:unde Ouidius.Omnia purgat edax ignis:uitiumq; metallis:Excoquit:iccirco cum duce purgat oues. Vnde remus:latēter romanorū originē respōdit duci a pastoribus de qbus scribit Varro.Romanorum uero populū a pastoribus esse ortum quis nō dicit? quis Faustulum nescit pastorē fuisse nutricium.q Romulum & Remum educauit:non ipsos fuisse pastores obtinebit? Quod parilibus potissimum condidere urbē? Sulcoq; te. den.quin. hinc est ille.L.Quintius Cincinatus qui filium Cæsonē petulantissimū abdicauit & dictus dictator:insignibus sumptis.Qu.Minutium consulem in alig do monte a uolscis & sabinis obsessum liberauit.Quare a minutio & eius exercitu corona aurea obsidionali & donatus est:uicit hostes:ducem eorū in deditionem accepit:& triumphi die ante currum egit.Sextodecimo die dictaturam:quam acceperat deposuit & ad agriculturam reuersus ipse iterum post uiginti annos dictator dictus Spurium Melium regnū affectantem a Seruilio hala magistro equitum occidi iussit domum eius solo æquauit:unde locus equimelium dicitur.Hincq; dictus est seranus a serendo.Virg.Nec te sulco serane serentem:nam aranti trans Tyberim quatuor sua iugera in uaticano:quæ prata quintia appellant.Viator attulit dictaturam:& quidē.ut tradit Norbanus:nudo plenoq; pulueris etiā num ore cui uiator uela corpus inquit:ut proferam senatus populiq; romani mādata. Dentalia.i.aratra:partem posuit pro toto.Nam dentale ea pars est aratri cui uomer præfigit. Dictaturam induit:insignia dictatoria dictatorē scribit Varro appellatum esse ꝓ a consule diceret.eiusq; dicto oēs audientes essent:Vxor:dicta est quasi unxor:eo ꝓ nouæ nuptæ euntes ad maritum portas adhipe lupino ungebant:neqd mali medicamenti inferretur. Lictor:ut Valgius rufus scribit appellatus a ligando:ꝓ cum magistratus po.ro.quēpiam uerberari iussisset crura eius & magnus ligari uiciriq; a uiatore solita sint.Isq; qui ex collegio uiatorum officium ligandi haberet lictor sit appellatus Ci.in oratione pro.C.Rabirio.lictor iqt colliga manus:Festus tamē dicit a ligādo ꝓ fasces uirgarū ligatos iperātibus magistratibus gerit Tironi uero Ciceronis liberto a lino:uel licio deriuari placet. Euge poeta:īsultatio ē & ironia in imperitū poetam.

BAR.FON. Rus saturū:fertile ac copiosū:quodq; saturare colentes possit & fumosa palilia fœno Pales dea pabulorū est.cui pastoralia sacra palilia:quæ & parilia nūcupant:ad lupos arcēdos morbosq; a pecore depellēdos a pastoribus in agris fiebant undecimo kalē.maii.quo die Romulus urbē fūdauit.Fumosa uero dixit:qd stipulæ ac fœni manipulos pastores incenderent:unde fumi ingens copia emanabat.Tibul.Ille leuis stipulæ solēnis potus aceruos accendet flāmas transilietq; sacras. Vnde remus:exquo rure & Quintius prouenere: Parechasis aūt:hoc est egressio quædā in ruris honorem est:quæ cū suo loco ponitur:ornatum maximum cōfert:sed raras aptasque interserere conuenit. Sulcoque terens dentalia quinti.ad.L.Quintium cincinatum dictum missi legati nudum cum arantemque inuenerunt:sed dictaturæ insignibus sumptis uolscos:sabinosque domuit:deque iis triumphauit. Sextodecimo autem die dictatura deposita ad agriculturam reuertit.Dentalia:dentale lignū est in quod uomer imititur.Virg.Duplici aptant dentalia dorso. Dictura īduit: magistratū pro ueste:q̄ dicturā ineuntes assumūt ponit:dictator aūt ut Var.placet appellatus est:quod a cōsule diceret:eiusq; dicto audientes oēs essent. Lictor:lictores Romulus primus īstituit:a ligandoq; appellauit: hi carnificis officio fungentes uirgarū fasciculū cōsecuti ligatū portabāt:magistratusq; præibāt:ac quotiens iussi erant fascem soluentes:primo uirgis reū cedebāt:mox securi feriebant.Liuius de Bruti filiorū cæde.Missiq; lictores ad sumēdū & suppliciū:nudatos uirgis cædunt:securiq; feriunt. Euge poeta:Ironice cū irrisione clara uoce pronunciandū est.Ridet enī quod cū leuia ignoret:heroicos sensus attigerit. Est nunc bryseī quē uenosus liber acci.eos nunc reprehendit:qui antiquitatis præcupidi meliori grauioribusq; omissis Acciū Pacuiumq; legebant:dupliciter aūt hunc locū a peritoribus legi uideo. Quidā in laudē Accii uenosum librum sanguine abundantem grandiloquum atque animosum intellignnt ut apud Horatium. Animoseque accius oris. Bryseum uero bacchicum legunt:quoniam in tutela bacchi poetæ sunt:cæteri penitus contra sentiunt. Bryseū enim furore insaniaq; bachantem:ut ministri liberi patris solent:& uenosum eius librum tanq̄ male

descriptum ponūt. Nam cum Persius cerneret accii & Pacuuii fabulas neglectis potioribus crebroq; legi īdi gnatus nullā grauē atq; utilē lectionē cōcelebrari: nōin lectores tātū: sed ēt in scriptores ipsos modeste inue hitur: alterū ūcosū: uerucosū alterū eē dicēs: qd ob eā cām sane fecit: ut ab eorx assidua lectiōe facilius hoīes re moueret: qd ne qs in Persio admiretur. Hora. quoq; uetustiores poetas plæraq; nimis antiq; dureq; dicere: & Luculētū ceciliū fluere: & recte nec ne crocū floresq; perābulet: Accii fabula dubitare se scribit. Brysei accii: Bryseus ex uariis bachi cognoībus unū a. Quod aliq a Brysea ciuitate aoniæ: in qua bachus colebatur: qdam ab ātiquo uerbo bryo: qd emano scaturioq; significat dici uolūt: qm̄ uel ex aluearibus mella: uel ex uuis musta exprimere primus docuit: Qui cū noui scriptores sint: ueritas quæ in occulto lateat: ipse quoq; eā opīonem subiciā in quā doctos pleroq; ire perspicio: qui bryseum potius q̄ briseū bachū cognoīatū a byrsa pelle: quā in bellis induebatur: existimant. Nā apud Diodorū qnto uolumine bachum in prœliis pardalorum pellibus usum constat. byrsam autē coriū ac tergus significare ostendit. Vergil. Mercatiq; solū facti de nomine byrsam Taurino quātum posset circundare tergo. Postea uero q̄ huius cognominis cām reddidimus non alienum a proposito nostro uidebitur: q ad utilitatē discentiū hæc scribimus: si cætera quoq; bacchi cognoīa apud alios passim dispersa: nos hunc in locum breuiter redegerimus. Bachus: ut Diodorus refert: a mulieribus dictus ē. Quæ illum bachantes: hoc est furentes sequebantur. Ab ioue autem parente: urbe quæ Nisa: ubi educatus a nymphis fuit: Dionysius appellatur. Liber pater: Lieusq; dicitur: aut: quod libertatē loquendi præstet: aut q uinum: cuius inuentor fuit: a curis nomines liberet: aut quod exercitum apud indos sua sapientia liberauit. A qua lysii quoque cognomen a græcis auctore Plutarcho meruit: & si quidam alii alycin: quod soluere significat: dictumq; putant. Leneus uero a torculari quo uinum exprimitur dictus est. Bromius atq; pyrgenius a to nitru: qui eius in ortu contigit: dicitur: Mitrophoros: quod mitra caput ligabat: si quando uini potu agitabat: est appellatus. Dimitora quoq; hoc est bimatrem nuncupatum tradunt. q ex uno patre: duabusque matri bus gemini Dionysii orti sunt. Antea enim iuppiter ex Proserpina alium Dionysium procreatat. Triumpha tor etiam dicitur: quod de indis omnium primus in patriam rediens triumphauit. Bassareus a longæ uestis habitu: Euchius ab iouis laudatione: uel a uoce bachantium dictus fertur. Nyseus a nysa urbe. Iachus ab effu sione uel uini uel uocis lætitiæ cā noīatur. Thyoneus a matris cognoīe q̄ Thyone dicitur nuncupatur.

IOAN. BRI. Est nunc brysei: quē uēosus liber ac ci: aliud uitiū in poetis cōfutat. carpit enī eos qui su pra modū cūtriscos poetas imitātur & amāt: nimis q; ueterx uerborx cupidi ea scriptis suis inserūt: mo nens: ut Cæsar solitus ē dicere: auctoribus Gelio & Macrobio tanq̄ scopulū fugiēdū esse inauditū atque insolēs uerbum: cum nihil sit odiosius: ut scribit Fabius af fectatione uerborū ueterū. Est nūc. i. nostris tēporibus. Est: subaudi aliquis. Liber acci: Accius & Pacuui us tragœdiæ scriptores clarissimi iisdem temporibus sentētiarum grauitate: ut scribit Fabius & pondere uer borūm: cæterum nitor & summa in colendis operibus manus defuit: non eorum culpa: sed temporum: qbus studia adhuc erant incūlta. unde Marti. uerborū asperitatem notans: eos irridet qui ueteribus delectantur. At tonitusque legis terrai frugiferai: Accius & quicquid Pacūuiusque uomunt. Venosus: durus & asper: a ue nis: quæ in corpore eminentes asperū illud efficiunt: unde ita scribit Tacitus de Asinio: Pacuuium certe & ac cium nō solum tragœdiis: sed etiā oratiōibus suis expressit adeo durus & siccus. Oratio autē sicut corpus ho minis ea demū pulchra est: in qūa non eminent uenæ: nec ossa numerantur: sed temperatus ac bonus sanguis implet membra & exurgit thoris: ipsos quoque neruos robur tegit & decor cōmendat. Nam dura fuisse quæ scripsit Accius illud etiam testimonio est: quod quū Accius Tarenti: auctore Gelio ad Pacuuium diuertisset: eique desideranti Atreū comœdiam suā legisset: fertur Pacuuius dixisse sonora quidem esse quæ scripsisset & grādia. sed uideri tamē ea sibi duriora paulū & acerbiora: ad quē inqt Accius ita ē ut dicis: neque id me sāe pœ nitet: meliora enī fore spero quæ deinceps scribā: nā quod in pomis est: itidē inqt esse aiunt in ingeniis quæ dura & acerba nascūtur: post fiūt mitia & iucūda. Acci: accius: ut diximus tragœdiarum scriptor natus ē Man cino & Serano cōsulibus: parentibus & libertinis: Et ut dictū est: seni iā Pacuuio Tarēti sua scripta recitauit: a quo & fundus accianus iuxta Pisaurū dicitur: qa illuc ex urbe inter colonos fuit deductus. Brysei: bryseiūm pro bryseū dixit figurate ponēs principalitatē pro deriuatiōe: ut Virgil. laticēque licium. Acri brysei: Quia in tutelā bachi esse dūtur poetæ. Hora. Scriptorū chorus omnis amat nemus: & fugit urbē Rite cliens bachi somno gaudētis & umbra. Brysei: unū ex cognoībus bachi: a brigmos. i. a stridore. nā eius sacra magno bac chantiū stridore celebrantur. Pacuuiusque. brundusinus fuit Ennii sorore genitus: ūt Pli. scri. ut uero Euse bius Ennii poetæ ex filia nepos: uixitque romæ nō tantū poetica: sed & pictura clarus. sic enim scti. Plinius p xime celebrata est in foro boario ædes Herculis Pacuuii poetæ pictura. Tarentū deinde transgressus prope nonagenarius diem obiit.

Est nunc brysei quem uenosus liber acci:
Sunt quos pacuuiusq; & uerucosa moretur

BAR. FON. Venosus liber uenarū plenus & malus a lūcidis gemmis: iranslatio ē preciosioribus sine uēis. Pli. de carbūculis Archelatus & in ægypto circa Thebas nasci tradidit. fragiles: uenosas moriēti carboni simi les. Acci: acci pro accii per apocopem figuram legitur: quæ est ablatio litteræ uel syllabæ in fine dictionis

De accio uero Eusebius de temporibus olympiade centesima & sexagesima hæc scribit: Accius tragœdia rum scriptor agnoscitur: natus Mancino & Serano consulibus parentibus: libertinis & seni iam Pacuuio ta-

rēti ſua ſcripta recitauit:a quo & fundis uaccianus iuxta piſaurꝫ dicitur:quia illuc ex urbe inter colonos fuerat deductus. Sūt quos pacuuius:Idem auctor Olympiade ſexta & quinquageſima ſupra centeſimā de pacuuio hæc refert.Pacuuius Brūduſinus tragœdiarꝫ ſcriptor clarus habetur.Ennii poetæ ex filia nepos uixitque Romæ quoad picturā exercuit:ac fabulas uenditauit:deinde Terentiū trāſgreſſus prope nonagenarius diē obiit

Verucoſa antiopa.Si in laudē pacuuii referemus:Verucoſa pro aſpera :laborioſaq; ſumemus . Si uero quod plures conſentiunt:contra pacuuiū exponemus:Verucoſam:hoc eſt non appoſite deſcriptam intelligemus.Sicut enim ueruca corpus:ita inæqualitas ſtilū deturpat. Veruca autē carbuncula eminens in corpore eſt ſine pruritu:cuius ſanguis fricatione:alias quoque cūcta uereat.De ea.Qu.Serēus.Interdū exiſtit turpi ueruca papilla. Et mox ſi rupta īmenſos fundit ueruca cruores.Locū etiā in monte æditiorē:atq; excelſiorē uerucā antiqui nominauere.Pacuuius & uerucoſa antiopa Endiadis hoc loco figura eſt:quæ fit:quotiēs una res diuidit in duas coniunctiōes:quæ tamen in unum ſoluuntur coniūctione detracta :Antiopam enim pacuuii intelligit:ut apud Virgilium.Pateris libamus & auro:pro aureis pateris.

Antiopa erumnis cor luctificabile fulta.
Hos monitus patres pueris infundere lippos
Cū uideas querisne unde hæc ſartago loquendi
Venerit in linguas? unde iſtud dedecus:in quo
Troſſulus exultat tibi per ſubſellia leuis?

IOAN.BRI. Anthiopa:lyci Thebarꝫ regis uxor fuit:quam cum iuppiter in ſatyrꝫ conuerſus grauidam feciſſet:eā ueluti adulteram Licus dereliquens Dircem ſuperduxit.Quæ ſuſpicata cū Antiopa Lycū rem habuiſſe:ipſam in uincula compegit quæ inſtante partu auxilio Iouis ruptis uīculis in Citheronemonte geminos peperit.Zetum & Amphionē: ii cū adoleuiſſent in ultionē matris Dircē nouercam indomitorꝫ taurorꝫ caudis alligauerunt per nemora diſtrahendam.Eam crudeliter laceratā:& ad fontem clariſſimo deductam poetæ in ſui nominis fontem cōuerſam ſcripſere. Anthiopa:ideſt tragœdia anthiope:quam Pacuuius poete ſcripſit. Verucoſa:aſpera & ſalebroſa nimia uerborꝫ antiquitate:uerucā enī Cato :auctore Gelio locū aſperū & editū appellat. Verucā etiā in corpore dicimus paruā puſtulā & tuberculū.Horat.Qui ne tuberibus propriis offēdat Amicū Poſtulat ignoſcet uerucus illius. Moret:delectet & detineat:tractum a ſpectatoribus theatri:quos ludorꝫ celebratio detinet &remorat. Cor luctificabile fulta ſinecdoche eſt:Virgilius.Nodoq; ſinus collecta fluentes. Fulta:ſuſtentans. Hos pueris monitus patres Infundere lippos:dicit mirandū nō eſſe:ſi pueri in loquēdo uerbis priſcis & aſperis utant aſſentationeſq; & laudes q̄rant populi:quādo a ſenioribus hæc omnia didicerint: hinc erūpit oīs īdignatio poetæ ut ſupra. Tunc cū ad caniciē ac noſtrū iſtud uiuere triſte aſ.& nu.fa.q.r. Monitus: numero plurali ſecundæ & quarte declinationis dicimus.Ouidius.Finierat monitus.Virg.Ille iouis monitis īmota tenebat Lumina. Lippos dicimus quibus ſemp ſtillant oculi ſed acumen poetæ attēdendū eſt qui quod corporis eſt ad ſenſum animi tranſtulit.q.d.eos cecæ mentis qui hæc filios doceant. Vnde hæc ſartago loquēdi hic modus:hic ſibilus:& dictionū nimis priſcarꝫ ſonus:qualis ſartagine repræſentat. Venerit ī linguas:ī uſū quotidianū. Vnde iſtud dedecus:q; nimis priſca ſectent:& ſcriptis ſuis inſerant. In quo troſſulus exultat tibi p ſubſellia læuis:ſtultitiā arguit romanorꝫ qui eandē uerborꝫ antiquitatē laudāt poetis applaudentes. Læuis troſſulus:ad uituperationē ſpectat læuis.i.politus & circa corporis cultū moroſus:cū antea bellis & laboribus equites aſſueti eſſent:nā Troſſuli equites dicebant.Ipm enī equitū nomen ſæpe uariatū eſt celeres ſub romulo regibuſq; appellati ſunt a Celere Centurione Romuli:deinde Flexumines:poſtea Troſſuli cū oppidū ī thuſcis citra Volſinios hoc noīe paſſuū.ix.milia ſine ullo adiumēto peditū cepiſſet:eius uocabuli uis duraui ultra.C.Gracchū.Iunius certe qui ob amicitiā eiꝰ gracchanus appellatus eſt:ſcriptū reliqt his uerbis:quod ad equeſtrē ordinē ptinet antea Troſſulos uocabant:nūc equites uocāt.Ideoq; quia non intelligūt Troſſulus nomen quod ualeat:multos pudet eo noīe appellari:cāmq; quæ ſupra dicta eſt exponit:auctor eſt Plinius. Exultat applaudit. Subſellia:hoc loco ſcamna auditorii ſignificat:ſubſellia tribunorum triumuirorum: quæſtorum: & huiuſmodi minora iudicia exercentium: qui non ſellis curulibus nec tribunalibus:ſed in ſubſelliis cōſidebant: auctor eſt Aſconius.

BART.FON. Antiopa erūnis cor luctificabile fulta.Lycus thebarꝫ Rex Antiopā Nictei Leſbi Regis filiā uxorē duxit.Quā a Iouе ī Satyri formā cōuerſo grauidā factā ꝛpudiauit.Dircēq; nouā cōiugē ſupduxit.Hæc uerita ne lycus q̄doq; ſe recōciliaret.Antiopæ eā graui ſeruitio ꝓſſit : atq; in uīculis tenuit. Sed iſtante partus tēpore regalibuſq; manicis ruptis:in citheronē effugit:illicq; zetū & Amphionē ſuſtulit.Qui primū a paſtore quodā educati:lōgo poſtea ītervallo a matre recogniti:cunctaq; edocti ī eius ulctionē: & Lycū interficeret : & Thebano regno occupato:Dircē tauro indomito alligatā: adeo uſq; fontē extra thebana menia diſtraxerāt:qui ab ea dirce cognominat. Hos pueris monitus:Cū parētes uideas ſcriptis antiquorꝫ tragicis: ac mollib⁹ delectari:filioſq; talia etiā edocere:mirādū nō eſt hāc parꝫ uirilē atq; cneruē loq̄ndi cōſuetudinē ītreuiſſe Prēs lippos:Occulorꝫ uitiū ad aī ꝓſpicatiā trāſtulit.Lippitudo.n.morbus occūlorꝫ ē mouēs īſpiciēti faſtidiū.Hæc ſartago loq̄ndi:ſartaginē:q̄ latīe frixoriū dicit :qa crepitū cōfuſū ī fructu emittit p corrupto:ac d̄prauato loq̄ndi more accepit.Troſſul⁹ leuis:eq̄s cultus & nitid⁹ Troſſulos.n.eqtes antiqtas:ut Feſt⁹ mēinit:appellauit qd ſine pcditū auxilio tuſcorꝫ oppidū Troſſulū expugnarūt:qd & Pli.tertio: & trigeſimo li.his uerbis plāe ſignificat.Quin ēt ipm eqtū nomen ſæpe uariatū ē:ī iis quoq; qui ad eqtatū trahebāt.Celeres ſub Romulo appellati ſut:deinde flexumines:poſtea Troſſuli:cū oppidū in truſcis citra uulſinios ho noīe paſſuū nouem milia

ſine ullo adiumento peditum cœpiſſent? Exultat:geſtit:& applaudit. Per ſubſellia:a ſedēdo ſedes ac ſella dicta eſt. hinc ſubſelliū: quod nō plane erat ſella:ſicut ſupſipere nō plane ſapere dicitur. Sūt aūt ꝓprie aſc. auctore ſubſellia triū uirorū tribūorū:queſtorꝫ:& huiuſmodi minora iudicia exercētiū q nō in ſellis curruli bus nec tribunalibus:ſed in ſubſelliis conſidebāt. Recitaturi autē poemata auditoribus ſubſellia ſternebant Iuuenalis de Statio:Sed cū fregit ſubſellia uerſu.

Nil ne pudet capiti non poſſe pericula cano
Pellere? quin tepidū hoc optet audire decenter
Fur es ait pedio pedius quid:crimina raſis
Librat in antitethis:doctas poſuiſſe figuras
Laudatur:bellū hoc:bellū hoc:an rōule ceues.

IOAN.BRI. Nil ne pudet capiti nō poſſe picula cano:mira excādeſcit indignatiōe & fremitu in eos qui etiā in capitalibus crimibus refellēdis tantopere laudis cupidi ſint: ut fere obliti peculiaria cauſarum argumenta ex elocutione tantum: ac etiam uerborum : ſententiarumque exornationibus uniuerſi populi laudem & fauorem promereri conentur: Quod Quintilianus in nono ſummopere damnat:hoc autem Perſius exēplo Pedi cōprobat:q accuſatus furti:ēt in piculo capitis tāta laudis cupiditate agebatur:ut fere relictis cauſæ argumētis:exornatiōibus tm populo ſtuderet placere: adeo laudis & gloriæ deſiderio uexabatur. itaq; ad antitheta.i.cōtrapoīta:& reliqs figuras cōuertebatur. Sēſus ē igitur. Nullo ne teneris pudore:cū de uita tua agatur ſollicitū eē de laude adipiſcēda. Pellere picula.ſ.capitis.i.defendere teipſū in iudicio. Capiti cano:a capite cano:hinc ē poetæ ardor: q ēt cū in piculo uitæ:tū ēt in extrēa ætate laudis tātope anxius ſis. Hoc tepidū decēter:tepidas & frigidas laudes.ſic enī dicere ſolēt laudatores. Hora: Clamabit.n.pulchre:bñ recte. Tepidū:qa ficte & frigide laudatur:cū adulatio oīo ſit. Fur es ait pedio:exēplū Pedii:quē pro quocunq; pōit qui laudē ſibi ēt in capitalibus criminibus refellendis: exornatōibus uerborū & ſentētiarꝫ quærit. Hic ē ille bleſus Pedius q ſub Nerōe auctore Tacito:motus eſt ſenatu accuſantibus cyrenēſibus uiolatū ab eo theſaurꝫ æſculapiii:delectūq; militarē precio & ambitiōe corruptū. Fur es ait pedio idest aliqs furti Pediū accuſat. Pedius quid:ſubaudi:quō ſe defendit. Crimina raſis librat in ātithetis: hoc eſt Pedius nequaq̄ refellit obiecta crimina:uerū ad figuras & exornationes decurrit. Crimina:nō carmina legendū eſt:ſed crimina:quibus accuſatus eſt. Librat:ponderat:æſtimat:quaſi putans hiis exornationibus: & abſolutionem& laudem poſſe promereri. Librat:expendit.i.tanti quidē æſtimat exornationē & figuras oratiōis ſuæ: quanti furtū & obiecta cenſentur:ut facile ſperet & abſolutionē & laudē. Antithetis: latine ſonant contrapoſita:ut in.ix.ſcri.Quintili.quæ figura quidē nō uno modo fit:nam & fit ſi ſingula ſingulis opponūtur:ut uicit pudorē libido:timorē audacia:rōnē amentia. Et bina binis:nō ut noſtri ingenii:ueſtri auxilii eſt. Et ſentētiæ ſentētiis:ut dñetur in cōtionibus:iaceat in iudiciis. Teren.in Andria:Antitheton facit. Vt per falſas nuptias uera obiurgādi cauſa. Anthitethon enim eſt:quia falſa dixit:deinde intulit uera. Sic idem in eadē. Quæ ſeſe inhōeſte optauit parare diuitias:potiuſq̄ in patria hōeſte paup uiuere:antitheton eſt inhoneſte & hōeſte. Raſis:qa neutrū altero uerborū oīo plus habet. Figuras:græce ſchemata dicuntur. Duplex ē figurarū genus: alterꝫ ſentētiarū:alterū uerborꝫ. Figura:ut Fabius tradit ē ſicut noīe ipſo patet confirmatio quædā oratiōis remota a cōmuni. Ergo figura ē arte aliqua nouata forma dicendi. Bellū hoc:uerba laudatoris quæ pronūciatiue leguntur & cū admiratiōe more adulatoris. Bellum hoc:interrogatiue & cum īdignatione proferuntur a poeta:qui eum carpit:a quo adulatorio geſtu nimiū poeta laudatur. Nā quærit poeta bellum hoc: quaſi dicat:nō ex uero animi iudicio: ſed ficto laudas:unde ſequitur. An romule ceues. An Romule:in contemptum dictū eſt:quaſi nequaq̄ Romulo ſimilis. Ceues:ceuere uerbum eſt in obſcœnis. Iuuenalis. Ego te ceuentem Sex te uerebor:hoc eſt indecoro motu corporis adularis:ſumptum a canibus :qui clunes agitando blandiuntur.

BAR.EON. Nil ne pudet:Senex cūm ſis in qua ætate prudētia maior ineſſe debet:nōne pudet eiuſmōi aſſentationibus delectari. Pericula:quæ ex tali aſſentatoria laude:quæ inſanire prope nos facit:oriuntur. Qui tepidū hoc optes audire decenter:qui uehæmenter laudari:tibiq; applaudi deſideres: & ingenti uoluptate afficiaris:quū audis aſſentatores ſcripta tua:quæ tepida ſunt decenter ac bene compoſita prædicantes. Tepidū:quæ inepte deſcripta ſunt iure tepida nuncupantur:cum in calore ſanguinis ingenii uis conſiſtat. Fur es ait pedio:ornatu laſciuiaq; uerborū:atq; arte oratiōis tantū romanos teneri dicit:ut nō ſolū in poematibus:ſed etiā in cauſis peragēdis eiuſmodi multitudine abutantur. Pōit autem aliquem furti Pedium accuſantem. Pedius quid:qua defenſiōe ſe Pedius tueatur cū in ius uenit:oſtendit. Crimina raſis librat: in antithetis:quū obiecta crimina debeat ualidis ratiōibus confutare:quoniā per magna reo uincendi ſpes in confutatione locata eſt:eius loco figuris elocutionis abutitur atq; in re leui:fucoq; orationis occupatus:uires: ac neruos cauſæ prætermittit. Antitethon uero figura:Quintiliano auctore contrapoſitū uel contētio dicitur:ſingula cū ſingulis:uel bina binis opponūtur. Raſis autē pro politis & elimatis ranq̄ pilo carentibus poſuit. Librare uero a libra tractū:æſtimare perpēdereq; ſignificat. Bellū hoc bellū eſt:O tu qui tā laſciua ſcripta laudas:diſciſq;.hoc bellū:& hoc bellū eſt:es ne tam perditis moribūs hæc ut probes. An romule cæues:Romulum pro Romāis ponit:qui eundē quem colunt imitari deberent. Tanq̄ uero de uirilitate Romuli dubitaret an Romnle cæues inquit. Moris enim romanorum ſcriptorum fuit:quum in quempiam inuehherentur :Romulum inuocare. Catul. Cinæde romule hæc uidebis & feres. Cæuere autem cinædorum eſt eniter & obſcene clunes:dum ſubagitantur mouentium.

IOAN.BRI. Men moueat? ita hæc inferuntur a poeta quasi aliquis dixerit tu quoque ad hos laudandos iis exornationibus & uerborꝫ & sententiarꝫ mouereris: & ipse respondeat mene moueat? idest nullo quidē pacto adducar: ut hæc laudē quæ & ipsi poetæ ambitionē exprobrāt & ipsi populo assentationē: cū omnīo laude digna non sint. Et cantet si naufragus: assem potulerim? erat consuetudo apud antiquos: ut qui naufragium fecissent: illud ex humeris in tabella pictū circunferrent: mendicantes ne ab omnibus cogerentur casus suos narrate. Mart. Nec fasciato naufragus loquax trunco. Iuue. Naufragus assem Dum rogat & picta se tempestate tuetur.

Men moueat quippe & cātet si naufragus assē
Protulerim? cantas cū fracta te in trabe pictū
Ex humero portes? uerum nec nocte paratum.
Plorabit qui me uolet incuruasse querela.
Sed numeris decor est & iūctura abdita crudis
Claudere sic didicit uersum berecyntius atys

Ostēdit igitur poeta sumpto exēplo a naufrago ut supuacaneū est & parꝫ prodest naufragis cantare casū suū cū eū pictū habeant in tabella: quod quidē satis est ad misericordiā hominū alliciendā: ita & poetæ & oratori nō conuenire ostenrare se scriptis suis. i. laudē & uerborꝫ & sētētiarꝫ & figuris q̄rere: cū argumēta causæ tantū simpliciter sint ꝓsequēda: nec affectatis exornationibus utendū. Et cātet si naufragus assem protulerim: ordo est & protulerim assem si cantet. Protulerim: assem. i. nec ob eā rem quia cantet dedero assem: Hæc omnia metaphoricos ad poetā accomodāda sunt. i. ego quidem nō laudauero eum quia exornationibus & figuris affectatis cōmēdet scripta sua. Cātas cū te fracta in trabe pictū ex humero portes: hinc ostendit indecorꝫ esse poetis & oratoribus: cū eorꝫ uirtus nota sit: uelle exclamationibus & crebris figuris uerborꝫ laudē sibi quærere. Quod turpe esse ostēdit Fabius cū ita ait. Ideoque magis nobiles: ut nouitate aurem excitent: ita copia satiant. Nec se obuias dicenti: sed conquisitas & ex omnibus latebris extractas congestasq; declarant. Ergo ita figuris scripta exornanda esse docet: ut nō conquisitæ: sed obuiæ scribenti fuisse uideant. Cantas: ironia est: idest exornationibus uteris & ita ad oratorē referas: si autē ad naufragū applices: hic est sensus: cantādo & sublata uoce mendicas naufragiū tuū omnibus prædicās. Fracta in trabe. i. naui fracta: quæ picta una cū nautis in tabella ut dictū est circunferebat a naufrago: alibi Trabe rupta brutia saxa prēdit amicus inops: & paulo inferius: Largire inopi ne pictus oberret Cærulea in tabula. Verꝫ nec nocte paratū Plorabit. i. si a me uolet laudari: uera causarꝫ argumenta & ad rem ꝑtinentia prosequat. i. ex animo & corde doleat nec putet his figuris & exornationibus nocturno studio paratis a me laudatū iri. Curuasse: flexisse ad laudē scilicet. Querela: naufragū respexit. Sed numeris decor est & iunctura abdita crudis: hic obiicitur poetæ: ea carmina omnino laudanda esse: quia mira uerborꝫ cōpositione constent. Iunctura abdita: cōpositio quædā uerborꝫ occulta: ea enim demum oratio optima habet: que eleganti uocabulorꝫ cōpositione & ordine constat. Abdita: abstrusa. Numeris crudis: quos crudos appellas tu Persi. i. nihil saporis habentes: ut īmaturos uersus. Claudere sic didicit uersum: ꝓbat per exemplum Neronis aliena carmina nō esse damnāda: quādo & Nero ita inflate didicerit finire uersum suū: nā ita scribit Tacitus. Carminū studiū: Nero ita affecta te contractis quibus aliqua pāgendi facultas: considere simul: & allatos uel ibidem repertos uersus cōnectere atq; ipsius uerba quoquo modo prolata supplere: quod spes ipsa carminū docet: nō impetu & īstinctu nec uno ore fluens: irridet igitur Neronē: qui tam indecenter tanq; inflate & sua carmina scriberet: & aliena imperfecta quoquo modo suppleret: quāuis Trāquillus affirmet ad manus suas peruenisse libellos Neronis cū quibusdā notissimis uersibus ipsius chirographo scriptis ut facile appareret non translatos: aut dictāte aliquo exceptos sed plane quasi a cogitante atq; generante exaratos: ita multa & deleta & īdicta & suprascripta inerrant. Claudere: finire: quasi qui aliena imperfecta quoquo modo finiret. Didicit. s. Nero. Sicut est Berecyntius atys. hoc est quod notat Tacitus: ꝙ ipsius uerba quoquo modo prolata supplebat: nō īpetu & īstinctu nec uno ore fluentia. Berecyntius atys: hæc concludebant carmen: Atys: puer phrygius a Cybele matre deorum amatus cū ei castitatē promisisset: quam in Nympha Sangaritide non seruauit: Nymphaq; suppliciis affecta periisset: correptus furore putans domos: ut scribit Ouidius: ruere: tectū omne diffugit: & ꝑ summa Dindymi montis Phrygiæ discurrens: arrepto lapideo cultro se ipsū excastrauit: unde Ouidius: Ha pereant partes quæ nocuere mihi. Ha pereāt dicebat adhuc: onus inguinis aufert: Nullaq; sunt subito signa relicta uiri. Catullus tamen aliter scribens tradit puerum cū ex aqua Galli fluminis phrygiæ bibisset: in furorē ex aquæ natura cōpulsum scilice se castrasse. Tandē e monte elapsus in arborem Pinū conuersus est. Ad huius pueri imitationē sacerdotes Cybelis qui Galli cognominati sunt a gallo fluuio phrygiæ quē accolūt ut scribit Plinius & Festus: eunucabant: unde Iuuenalis. Et ingens semiuir obscœno facies reuerenda minori: Mollia qui rapta secuit genitalia testa. Et qa diximus in Nympha Sangaritide: illud sciēdū: sangaritidē propriū nō esse nomen: sed patronimicū a Sāgario fluuio phrygiæ. Berecyntius. i. cybelicus: berecyntes enī natio quædā: inter phrygias est: simpliciter uero: ut scribit Strabo: phryges troesq; prope Idā habitantes rheā præcipuo uenerātur honore: eius Orgia frequētantes: hanc quidē deorꝫ matrē uocant: & uestā: & deā phrygiam magnā. a locis autem Ideā: & Dindymenam: & Phylenam: & Pesinuntiam: & Cybelem: græci sane ministros eius nuncupant uno uocabulo. Curetes: eosdem & coribantes uocant.

BART. FON. Men moueat: Similitudo est apte cōcinneq; posita. Ait enim: si reum uidero tali uerborum artificioso lenocinio se tuentem: perinde ad misericordiam commouebor: ac si naufragum casum suum in tabula depictum circunferentem cantare auditem. Cui sic cantanti: cum ꝑlorare debeat se assem daturum

negat: Quo dicto illud horatianũ ostendit illi imprimis dolendũ eẽ: qui sui misereri alios uelit: Cũ fracta te in trabe pictũ ex humero portes. Mos erat eorũ qui maris periculũ euasissent depictum naufragium in tabel la appensa humeris circũferre: ut infortunio cognito ab inspectantibus: naufragiumque miserantibus: stipẽ sibi aliquã compararent. Fracta te in trabe pictum: in aliquo fractæ nauis fragmẽto. Verum nec nocte pa ratum plorabit: uere & ex corde: ex animoque dolebit: & se fine talibus dicendi figuris tuebitur: qui me uolet ad sui misericordiam commouere: Sed numeris decor est: & iunctura addita crudis: Cũ Persius eiusmodi sermonis lasciuiam & mollitiem reprehendisset: respondet aduersarius decorem quo ueteres carebãt: tali scri bendi stilo quæsitum esse. Claudere sic didicit uersum berecinthius atys: auctoritatem poetarum sui sæculi affert: q̃ sic uersus cõponere consueuerunt: ut ostendat non reprehensionẽ: sed laudem illos mereri: qui cũ le pore ac uenere scribunt: Athin uero q̃dam propriũ nomen poetæ dicunt: de quo Martia. ad Classicũ: Nec di ctat mihi luculentus athis. Nõnulli cõfictũ nomẽ pro euitato ac molli poetæ ponunt: cuiusmodi Phrygius atys a Cybele dilectus fuisse dicitur. Peritiores: quidã non propriũ aut effictum poetæ nomẽ: sed fabulam ipsam de athi cõscriptam intelligunt. Gæterũ berecinthus mons & urbs in Phrygia. Quo in loco mater deo rum Cybele: que athi dilexerat: colebatur. Vnde & ipse quoq athis berecinthius nominatur.

princeps:quia nihil altius uoluit. Allectus enī a diuo Vespasiano inter prætorios: honestā quietem huic nostræ ambitioni dicam an dignitati cōstantissime prætulit. de hoc omnino poeta intellexit. Nā inter ultima tempora imperii Nerōis:& prima Vespasiāi:tres tātū intercessere anni: ut tēporibus Persii in urbe Macrinus equestri dignitate notus esset. Hunc igitur ut familiarem & amicum suum diem natalem celebrantem alloquitur: eius animi candorem laudans. Et satyræ non oblitus: stulta uota hominum arguit:eos iprimis accusās: qui nimia auaritia obstricti: a diis nefaria & scelesta petunt:deosq; æque ac mortales muneribus capi credūt:docens deū hominū magis corde syncero:q̄ auro gaudere. Numera meliore lapillo:inter dies felices Natalem Macrini dicit esse habendum ex thraciæ gentis instituto:quæ:ut scribit Plinius:calculos colore distinctos pro experimento cuiusque diei in urnam condit:ac suprēo die seperatos dinumerat:atq; ita lapillorum cōputatione uitam actam cognoscit. Quod Plinius accusans inclamat. Heu uana & imprudens diligentia:nūerus dierū computatur ubi quæritur pondus. Horatius tamen eam consuetudinē dicit fuisse cretensium. Cressa nec careat pulchra dies nota. Apponit: assignat:& computatione ostendit. Annos:Ateius capito annum a circuitu temporis putat dictum: quia ueteres an pro circum ponere solebant:ut Cato in originibus oratorum. An terminum:id est circum terminū: Et ambire pro circuire. Ad quod Virgilius:Respexit interea magnum sol circūuoluitur ānum. Eūde merū genio:ex epicureorū sentētia:qui in omni lætitia hoc agebāt: Vinū promendum esse dicit & animi relaxationi operam dandam:sic Horatius:Nunc est bibendum:nunc pede libero pulsanda tellus. Genio: genium colere dicitur qui operam dat uoluptati & animi relaxationi. Vnde Iuuenalis:Genialis agatur iste dies: unde & genialis lectus dicitur qui nnptiis sternitur in honorem Genii:Nam Genium appellabant deum qui uim obtineret rerum gignendarum:auctore Festo:Aufustius genius inquit est deorum filius:& parens hominū: ex quo hoīes gignuntur. Et propterea Genius meus nominatur:quia me genuit. Alii genium esse putauerūt: uniuscuiusque loci deum:ergo indulgere genio dicimur:cum lautius uiuimus:nec naturam defraudamus·alibi Persius:Indulge genio:carpamus dulcia:& cōtra Terentius suum defraudans genium:id est naturā suam. Non tu prece poscis emaci:modestiam Macrini laudando:satyrica indignatiōe in eos conuertitur: qui a diis multis precibus diuitias & nefaria petunt: Nisi seductis:idest nisi prius precibus & muneribus captis:ac pinde deceptis. seducere. n. est decipere. alias ponitur pro seorsum ducere:& separare:ut alibi Persius. Nisi sollers luxuria ante Seductum Monear. At bōa pars procerū tacita li. a. Sensus est. Multi quidem & oēs fere sacrificia diis faciunt:sed nō omnes pie sacrificant:nec aperto & manifesto uiuunt uoto. Nam quæ turpia sunt: ea summissa uoce & murmure suppresso petuntur: Quæ uero honesta:dissimulata prauitate:clara uoce rogātur. Bona pars:magna: Tacita:idest ipsi taciti. Acerra:uas est thurarium. Humiles:suppressos :summissos. Mens bona:fama:fides:hæc clare:subaudi a diis petuntur. Illa:scilicet quæ sequuntur. Introrsū: Horatius:Labra mouet metuens audiri:pulchra lacerna. Da mihi fallere:da sanctū iustumque uideri. Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem. Osi:&si optantis sunt:quæ nunc iunguntur:Nam singula antepo nebantur. Virgilius:Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus. Ostendat nemore in tanto. Ergo unum uacat quantum ad antiquitatem. Virgilius:O mihi præteritos referat si iuppiter annos. Osi ebullet: hinc sui tēporis immanem cupiditatem & auaritiam ostendit:æmulatio est Horatiana: Osi angulus ille proximus accedat qui nunc denormat agellum. Osi urnam argenti fors qua mihi monstret. Ebullet:hunc ego locū emendaui:Nam cum omnes codices temporum fortasse & librariorum culpa ebulliat legant:animaduerti ebullet legendum esse:non ebulliat:nam ebullio secundam habet syllabam longam:& geminato. l. scribitur:ut alibi Persius. Summa rursus nō bullit in unda. Hoc loco uero si ebulliat legatur:corriperetur: sensus etiam nullus prorsus esset. Ebullet igitur legendum est. sumptum a bulla quæ in aquis instar pilæ tumescit :& facile rumpitur. Ouidius:Intumuit sicut fuluo perlucida cælo:Surgere bulla solet. & simul allusit poeta ad id prouerbium quod a Varrōe in re rustica recitatur:Homo bulla est. Est igitur sensus:utinam funus patrui ebullet:id est exeat & erumpat:quo more rumpitur bulla:Sicque formatum est uerbum ebullare. ut ampullare apud Horatiū hoc uerbo usus est Celsus loquēs de urina:Si hæc crassa:carunculas quidem exiguas:quasi capillos habet:aut si bullat:& male olet: interdum quasi arenam:interdum quasi sanguinem trahit. Præclarum: propter diuitias eius. Seria:genus uasis fictilis. Terentius:Serias omnes releui.

Quæ nisi seductis nequeas cōmittere diuis
At bona pars procerū tacita libabit acerra
Haud cuius prōptū ē mnrmurq; hūilesq; susur
Tollere de templis:& apto uiuere uoto
Mēs bōa fama fides hec clare& ut audiat hospes
Illa sibi introrsum.& sub lingua murmurat osi
Ebullet patrui præclarum funus:& osi
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Bartolomeus Fontius.
Satyra secunda.

h Vnc macrine diem:impia mortalium uota carpit:qui a diis scelesta:nefariaq; perentes: frustra ingentia efferunt munera:cum nō ditia dona:sed probi mores ad tēpla deferri debeant. Meliore lapillo: Cōsuetudo fœlicium:infœlicium:ut dicrum uersicoloribus lapillis designādorum a thracibus aucto

te Plinio emanauit. Eius uerba è libro septimo hic subieci: uana mortalitas & ad conscribendam seipsam ingeniosa computat more thrahiciæ gentis: quæ calculos colore districtos pro experimento cuiusque diei in urnam condit: ac supremo die separatus dinumerat: atque ita de uno quoque pronunciat. Funde merum genio: Naturæ deus humanæ genius est: cui natali die sacrificatur. Non tu prece poscis emaci: Eum laudat: quod deus honesta & recta postulet. Prece: emaci. Cum enī donis aliquid impetramus: id emisse uidemur. Qui uero preces ad superos cum muneribus fundunt: emaci prece poscere id dicuntur. Seductis diuis: secreto & sine arbitris. Vt bona pars: maiorem sacrificantium numerum impie uouere significat. Tacita acerra: Ipsi taciti ãt & uocem non attollentes: ne eorum uota nefaria deprehendantur: Acerra uero arcula est turi condendo ac seruando deseruiens quæ ad templa cum erat necessitas ferebatur. Virgilius. Farre pio & plena supplex ueneratur acerra: Haud cuius promptum est non facile cunctis est aperte superos deprecari: qm̃ iniqua uota eorum sunt. O si ebullit: Impia iniqui hominis uota connumerat. O si autem optantis aduerbiũ est: Quod cũ iterꝫ repetat conduplicatione utitur ad maiorem effectum animi ostendendũ. Sub rastro crepet seria: O si dum terram effodio percussa rastro seria crepitũ reddat. Est autem seria uas fictile. Liuius de secundo bello punico libro quarto. Et in uico histrio fontem sub terra tanta ui aquam fluxisse: ut serias doliaque: quæ in eo loco erant prouoluta: uelut impetus torrentis tulerit. A seria quoq; seriola diminutiuũ exoritur: ut seriolæ ueterem metuas deradere limum.

Hercule pupillũue utinã: quem ꝓximus hæres
Impello: expugnam: nanq; est scabiosus: & acri
Bile tumet: nerio iam tertia ducitur uxor.
Hæc scẽ ut poscas tyberino in gurgite mergis.
Mane caput bis terq; & noctem flũine purgas
Heus age respõde: minimũ est qd̃ scire laboro
De ioue quid sentis? estne ut præponere cures.
Hunc cuiq;? cui nã? uis staio? an scilicet hæres

IOAN. BRI. Dextro hercule: amico: & propitio quem antiquitas fabulata est: ut scribit Diodorus: dixisse qui sibi postquam ad deos translatus esset: decimam bonorum dicarent uitam felicẽ uicturos Quod & euenisse constat: multi enim romanorum non solum mediocri censu: sed qui ditissimi sunt habiti decimas Herculi uouerunt. Luculus romanorum ferme ditissimus: æstimatis bonis decimam herculi partẽ dedit: epulas prebens continue ac profundens multa. Templum insuper iuxta Tyberim egregium Herculi condidere romani in quo ex decimis sacro deo offerunt: æmulatio est Horatii: Diues amico hercule. Impello: idest insequor ut proximior: Expungam: deleam: ex hac uita auferam: tractum a militibus: qui cum a militia remittuntur: expungi dicuntur. Namque & scabiosus: lepide naturam auari expressit: qui dum auide hæreditatem expectat: hæc sibi comminiscitur. Scabies aucto re Celso durior cutis rubicunda: ex qua pustulæ oriuntur quædam humidiores: quædam sicciores. Exit ex quibusdam sanies: fitque ex his continuate exulceratio pruriens: serpitque quibusdam cito: atque in aliis quidem ex toto desinit: in aliis uero certo tempore anni reuertitur: quo asperior est: quoque prurit magis: eo difficilius tollitur. Acri bile:: hanc græci colcram nominauerunt: commune idest stomachi: atque intestinorum uitium: supra enim infraque erumpit: primum aquæ similis: deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur. Cornelius celsus. Iis uero qui nauigauit & nausea pressus est: si multam bilem euomuit: uel abstinere cibo debet: uel paulum aliquid sumere. Nerio iam tertia ducit̃ uxor: auarus nimia auri cupiditate in omne scelus reuocatur: nam ita hoc intulit poeta: ut ostendat auarũ cogitare & repetere quæ ab aliis ad opes acquirẽdas turpiter facta sunt: quasi non turpe futurum sit si & ipse idem fecerit. Sensus est igitur. Nerius iam tres uxores sustulit: & ita locupletatus est. Ducitur: uerbo funebri usus est. i. ad bustum fertur. Iuue: Ducitur iratis plaudendum funus amicis. Virgili⁹. Et tristia funera ducunt. Nerio nomen improbissimi hominis: quẽ sibi imitandũ præponit auarus. Mane caput: purgabant̃ antiqui: siquo piaculo essent polluti: sulphure: aqua & igne. Oui. Terque senem flãma: ter aqua: ter sulphure lustrat. Iuue. Ter matutino tyberi mergetur. Et noctem flumine purgas: qui dicitur etiam nox solo somno polluere: & ex pollutiõe piaculum committi. Vir. Vndam de flumine palmis Sustulit: Heus age responde: hæc interrogatio eo tendit ut ostendat talia ut turpissima diis minime grata ac ideo eos irasci. De ioue quid sentis? quasi dicat credisne hæc deo placere? idest non scis iouem iustum esse: & ei res nefarias displicere? Est ne ut præponere cures hunc cuiquam. i. an nõ debes iouem pietate & iustitia omnibus anteferre? Vis staio: Staius albius oppianicus uir fuit sceleratissimus & nocẽtissimus temporibus Ciceronis: q cluentiam uxorem &. C. Oppianicũ fratrem & eius uxorem grauidam iã appropinquante partu ueneno sustulit: ut & mulier & quod erat ex fratre cõceptum: necaret̃. Asiniũ item larinatem adolescentẽ pecuniosum Romã blanditiis allectũ Arulii opa interfecit: Qui postea accusatus ab Aulo Cluẽtio: Scaleno uni ex iudicibus grãdẽ pecuniã dedit: & tamẽ cõdemnatus. Hic ego ꝑ scelesto hoĩe Staiũ posuit: uitæ argumentũ hoc sit. Certe ô auare si hæc uota quæ ad deos facis: staio nocentissimo & pfido hoĩ diceres: staius ueluti uotorum turpitudine attonitus iouem inuocaret: nam: & mali sentiunt qd turpe & nefariũ sit: idque plærunque illis displicere solet. Erit igitur sensus horum sex carminum. Ioui ut iustissimo turpia nõ uidebũtur: quæ Staio homini nocentissimo displicebunt. eritque argumentum a minori ad maius.

BAR:FON. Dextro hercule:Bono & ꝓpicio.Sic Vir.Et nos & tua dexter adi pede sacra scdo. Nō solū ãt Mer.sed ẽt Her.lucro ꝓest.Hora.in sermo.Diues aĩco Her.Ob eã uero cãm tesauris præest:quod ĩtẽ tos que stui multos labores:incōmodaque subire necesse quẽadmodũ nō sine magnis difficultatibus her.iniũctos la bores exãclauit. Expũgã:ꝑ mortẽ extrudã:atq; amoueã. Nãq; ẽ scabiosꝰ:oñdit eũ facile mori posse:qm̃ bi li scabieq; laboret.Scabies uero:ut Celsus i.v.refert: Est durior cutis rubicũda ex q̃ pustulæ oriũtur:q̃dã humi diores:q̃dã sicciores:exit ex qbusdã sanies:sitq; ex his cõtinuate exulceratio pruriẽs:serpitq; qbusdã cito:atq; aliis qdẽ ex toto desinit:ĩ aliis uero certo tpe ãni reuertit quo aspior ẽ:quoq; prurit magis:eo difficiliꝰ tollit.

Acri bile:bilis q̃ a græcis colera dicit:Lãdio auctore secũdo de aĩa li.Sãguis spũa uideri pō q̃ ita rubet: ut ẽt ĩ cãdorẽ ignis deflectat:corpusq; optĩe nutrit.Sed hæc bõa ẽ:ꝑmq; sãguinẽ acuit:uerꝫ huic aduersa & noxia: de q̃ Persius loqt:duplex ẽ.Aut.n.bilis corrũpit cũ alio se admiscẽte hũore adulterat. aut ipsa spõte a se dege nerat:sed cũ aliis miscet:uel pituitæ:uel bili atræ miscet.Si pituitæ:tũc uel bilis tenuior ẽ:& calorẽ citro simi lẽ reddit:ũde eã citrinã dñt:uel crassior bilis ẽ: uitellĩaq; dicitur:qd oui uitellũ repñtet:si atra bili:tũc ita bilis aduritur ut rubeat:a quo colore rubra cognoĩatur.Cũ uero ipsa bilis spõte sua ꝑ se corrũpitur: aut uiridis: her baceaq; ẽ:& prassina a succo prassii herbæ dicitur.Aut æneæ erugini similis ẽ:& zinaria a colore denoĩatur. zinã.n:arabes æris erugĩe uocãt.Cæterꝫ noxia ipsa bilis:ut Celsꝰ in qrto uolũie refert:cõmune stõachi atq; in testinorũ uitiũ uideri põt:nã simul & deiectio & uomitus ẽ:ꝑterq; hæc iflatio c̃ intestĩa torquẽtur: bilis supra ĩfraq; erũpit:primũ aq̃ similis:deĩde ut ĩ ea recẽs caro lota eẽ uideatur.ĩterdum alba nõnunq̃ nigra uel uaria. Ergo eo noĩe morbi hũc colerã græci noĩarũt. Præter ea uero q̃ supra cõprehẽsa sunt:sæpe ẽt cura mãusq; cõ trahũtur urget sitis:aĩa deficit:qbus cõcurrẽtibus nõ mirũ ẽ:si subito qs moritur:Nerio iã tertia ducitur uxor: Vxoris mortẽ exoptat:sed nõ sine ĩdignatione pronũciãdũ:qd cũ Nerio iã tres uxores perierint:suã sibi quã unicã hũerit sepelire nõ liceat.Ducere uero ꝓprie funerũ ẽ. Vir.de apibus:exportãt tectis: & tristia funera du cunt.Neriꝰãt fœnerator apd Hora.ĩ Ser.ẽ: ut Scribe decẽ nerio nõ ẽ satis.Hæc sctẽ ut poscas.Impie uouẽtiũ ĩprobitatẽ oñdit:q nocturnas pollutiões fluuiali aqua expiãtes tali lustratiõe pfecta se pie ac sancte a diis pos se aliqd exposcere iudicabãt. Heus age:rñde:ĩterrogatiõe graui & cõcinna ait existĩas:ne iouẽ optimũ maxi mũ hoĩe aliquo meliorẽ eẽ:Si hæc eadẽ q̃ iouẽ rogas:ab ipso mortali hoĩe peteres:ille q̃tũ uis impius ad hæc uota tua nefaria iouẽ ĩuocãs exclamaret:teque iniquũ eẽ atque ĩpiũ iudicaret: Quãto igitur magis hoc idẽ fa cere iouẽ cẽsendũ ẽ.Tu uero qa iupiter dũ ab eo hæc poscis:neq; ad seiꝑm exclamat:neq; fulmĩe te:domũque tuã pcutit eũ tibi ignoscere:tuasq; ꝓces ac uota admittere putas. An.s.hæres:dubitas ne staio iouẽ ꝓpõere:

IOAN.BRI. Quis potior iudex:ut sit sẽsus:iup piter qdẽ iustior oĩo ẽ. Pueris or.orbus dicit qcũ q; aliq̃ re cara priuatus ẽ. Proprie ãt parẽs :aĩssis li beris:q̃si aĩssa luce oculorꝫ. Cõtra filius ẽt dicit or bus:q priuatus ẽ pntibus. Terẽ. Orbæ:q proximi sunt:iis nubãt:ĩde ẽ orbitas&uerbũ orbare. Hoc igt.s.uotũ tuũ. Clamet:uoti atrocitate. Sese nõ clamet iuppiter ipse:deum oñdit irasci iniqs uotis hoĩum: Ignouisse putas:tacitæ obiectiõi per iro niã occurrit. Sulphure discutit sa.i.fulmĩe. Nam fulmĩa & fulgura quoq;:ut scri. Pli.Sulphuris hñt odorẽ:ac lux ipsa eorꝫ sulphurea ẽ. Ver.Et late cir cũ loca sulphure fumãt. An qa nõ fibris ouiũ: Er genaq; iubẽte.Triste iaces lucis euitãdũq; bidẽtal: Sẽsus ẽ:qa iouis fulmie ñ periisti putas tibi cõcedi ut ẽt ipũe barbã iouis extirpes.i.oĩa scelera facere liceat: Bidẽtal:Cũ fulgura cadebãt statiũ fulgurꝫ ꝓcuratores aderãt:q locũ cæsis bidẽtibus expiarẽt qd clausũ & sẽptũ bidẽtal a bidẽtibꝰ:teste Festo ap pellabãt.Iuue.Atq; aliqs senior q publica fulgura cõdit.Hora.Tristeq; bidẽtal Mouerit ĩcestus. Triste:mali ominis: Ergẽna nomẽ ꝓpriũ cõditoris fulgurũ. Lucis:ubi freq̃ntius fulmẽ cadit: Euitãdũ:ut mali ominis & sacer locus. Barbã sto.s.iouis:quẽ tu auare sto lidũ putas:allusio ẽ ad illud Diony.Syracusãi q Epidauri æsculapio barbã aureã demi iussit:cũ affirmaret nõ cõuĩre patrẽ Apollinẽ ĩ berbẽ:& ipsum barbatũ cõspici. Alii tñ stolidã barbã hoĩs stolidi ĩterpretant:q̃si di. nec hoĩ misero & stolido iniuriã faciẽdã.Sed supior melior ẽ sñia. Aut qdnã ẽ q̃ tu mercede:irrisio c̃ in eosq uictimis & mũeribus capi deos putãt. Qua tu mer.deorꝫ.eme.a.irõia ẽ:q̃ re credis emi aures deorꝫ:ut indi nẽtur ad turpia uota. Pulmõe & lactibus unctis cũ interrogatiõe & ironia:q̃si oñdat poeta maiestatẽ dĩnam hisce sacrificiis nõ moueri:sed hoĩum mẽte pura & corde sincero incliari. Lactibus:intestina esse lactes scri. Pli.quæ a uẽtriculo incipiũt in oue & hoĩe:ꝑ quas labitur cibus.In cæteris eæ ilia appellantur. Ecce auia ua nam mulierũ superstitionẽ & inania uota accusat. Matertera:Soror matris:quasi mater altera.

Quis potior iudex:puerisue quis aptior orbis?
Hoc igitur quo tu iouis aurẽ impellere tentas
Dic agedũ staio:proh iuppiter o bone clamet
Iuppiter at sese non clamet iuppiter ipse?
Ignouisse putas:quia cum tonat ocius ilex
Sulphure discutitur sacro:quã tuque domusq;
An quia nõ fibris ouium ergennaq; iubente
Triste iaces lucis euitandumque bidental
Iccirco stolidam præbet tibi uellere barbam
Iuppiter:aut quidnã est:qua tu mercede deorũ
Emeris auriculas:pulmone & lactibus unctis?
Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
Exemit puerũ:frontemq; atque uda labella.

BAR.FON. Quis potior iudex:irõice d staio hæc loqtur.Tacite.n.satyrorũ more eũ ꝓpter auaritiã nõ re cte sentẽtiã ferreq; pupillosq; fidei suæ cõmissos spoliare significat. Pueris orbis:pupillis:q pntibus:quasi

luminibus priuati sunt Proh iuppiter: Cõduplicatio atque exclamatio summa arte confecta est. Vtorum.n. atrocitas tanta erat: ut omnem auditorem quanuis scelerat nm & impiũ cõmoueret. Ergo ad significationem indignationis exprimendam: iouem compellat. Ignouisse putas: Temerariam confidentiã turpiter uouẽtis reprehendit: qui iouem sibi ignouisse putat: quia cum fulmina: ilicem potius q̃ se percusserit. Sulphure sacro: Fulmine odorẽ sulphureũ redolente. An quia nõ fibris ouiũ. An ideo iouẽ tibi annuisse existimas: quia nõ dum ab eo fulmine ictus sis. Ergenna quæ iubente Aruspicem hunc ergennã p fibras esse demonstrat oues.n. & cætera animalia ad aram mactare: extaq; inspicere aruspex solet. Triste bidental quod fulmine ictum est: bidental dicitur. Hoc expitari nõ poterat: Quare triste & euitandũ in lucis ĩsepultũ iacere dicit. Qui uero hominẽ fulminatũ attrectauisset fuere a uetteribus putabat. Horatius An triste bidẽtal mouerit incestus certe fuerit. Stolidam barbam: qui stolidus esset si tibi barbam uellicandam præberet: hoc est si ea quæ petis concederet. Lactibus unctis hæc lactis singnlari fœminino genere declinatur: Titinius in ferentinati. Craticulum: cerebellum lactis agmina. A uentriculo autem in oue atq; homine lactes incipiunt: per quas labitur cibus ut Pli. xi. li. scribit. Ecce auia Fœminarum uota pro pueris suis carpit quæ non probitatem & uirtutem sed opes & pulchritudinem illis optant.

Infami digito & lustrabilibus ante saliuis
Expiat urentes oculos inhibere perita.
Tũc mãibus quatit: & spẽ macrã supplice uoto
Nũc licini in cãpos: nunc crassi mittit in ædes.
Hunc optent generum rex & regina puellæ
Hunc rapiant quicquid calcauerit hic rosa fiat.
Hæc ego nutrici non mando: uota negato
Iuppiter hæc illi: quãuis te albata rogarit.
Posci opem neruis: corpusque fidele senectæ:
Esto age: sed grandes patinæ tucetaque crassa
Annuere his superos uetuere: iouemq; morãtur

IOAN. BRI. Infami digito. i. medio: quẽ. Mar. impudicũ apellat. Ostendit digitum sed impudicũ Alconti. de hoc intellexit & Iuue. Mediũque ostenderet unguem: Nã ostendere mediũ digitũ opprobriũ erat. Lustralibus. Expiabilibus. Saliuis. Hominis saliuã magnos habere effectus docet Pli. Nã ita despuimus comitiales morbos: hoc est contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus sinistræ dextræ clauditatis occursu. Vrentes oculos. i. fascĩatorios. Vir. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Tradit Isigon⁹ ĩ Triballis & illiricis quasdã familias quæ uisu effascinent: interimantq; quos diutius ĩtueant: iratis præcipue oculis: quod eorꝫ malũ facilius sentiunt puberes. Spem macrã: nihil enĩ aliud est ĩ puero: præter spẽ. Vnde Vir. Per spem surgentis Iuli. Nunc Licini ĩ cãpos nunc Crassi mitit ĩ ædes. i. Auia sue matertera multis uotis optat: & precatur ĩfantem fieri ædium & agrorum Licini & crassi hæredem. Nam Licinum diuitem fuisse ostendit Mar. Altaq; cum Licinis marmora puluis erunt. Eiusdem meminit Iu. Ego possideo plus Pallãte & Licinis. Idem alibi. Dispositis prædiues hamis uigilare cohortem seruorum noctu: Licinus iubet: attonitus pro Electro signisque suis Phrigiaq; columna. Eum unũ fuisse ex Cæsaris augusti libertis: principis indulgentia: prædiuite placet intelligere. Sic enim scribit Tranquillus. Multos libertorum in honore & usu maxio habuit: ut Licinium Enceladum: aliosq;. Crassus: ut scribit Valerius & Pli. cognomẽto dictus est diues primus oĩum Romanorꝫ: postea decoxit: irrisione tamẽ occurẽtium salutabat diues. Quia parthis cæsus fuit: diues appellatus nõ est primus: sed hic: de cuius ædibus sic Mar. Altaq; cum licinis marmora puluis erũt. Quãuis albata rogarit Vestibus albis sacrificantes utebantur. Nã: ut scribit Cice. in legibus: eolor albus præcipue decorus deo est cũ in cæteris tũ maxime in textili. Ho. Alios ue dierum Festus & albatus celebret. Poscis opẽ neruis: eos irridet qui sibi uires in corpore dari petunt: cum ad eas assequendas nimius epularꝫ luxus oĩno obstet. Esto age: concedit hoc turpe nõ esse uotũ: sed epulis & crapula uires corporis ĩpediri. Tuceta: Genus est farciminis ex carnibus suillis minutim concisis.

BAR. FON. Infami digito: quinque digiti manu sunt: quorum crassior & cæteris quæ seiunctus: seque obuium reliquis cum uult præbens: tanquam rector omnium ac moderator pollicis nomen accepit: quoniam uiis & potestate inter cæteros pollear. Secundo qui salutaris dicitur: ab indicando auctore Quint. indicis quoque nomen est inditum. Medius digitus impudicus atque infamis iure cognominatur. Cum enim longitudine: pulchritudine que cæteros excellat: aliorũ tamen auxilio indigens parum ualet. Qua similitudine ueteres ducti eum hominem: qui cæteris famosior esset hoc digito ignominiæ causa demonstrabant: Hunc sequitur medicus: de quo Plinius libro. xxx. Muscæ impari numero ĩfricatæ digito medico Quintus: minimus appellatur. Idem uolumine tertio & uigesimo Singulis primo digitis anulos gerere mos fuerat: qui sunt minimis pximi. Lustralibus saliuis. Quibus infantem expiat atque lustrat: Saliua autem a saliendo dicta est: quoniam in ore saliat atque crescat. Vrentes oculos inhibere perita. Docta effascinationem prohibere. Virgilius. Nescio qui teneros oculus mihi fascinat agnos. Plinius quosdam in triballis & illyriis esse scribit qui uisu effascinent: interimantque quos diutius intueant: iratis præcipue oculis. Quod eorꝫ malũ facilius puberes sentiunt. Spẽ macram. Non quia spes petentis fœminæ macra sit: sed quia uel uoto postea non fruatur: uel quia futura omnia incerta sint. Nihil autem infantis expectatione incertius. Nunc licini in campos: nunc crassi mittit ĩ ædes. Puero crassianas exoptat opes. Aliqui uero a crasso Licinium diuidunt: eumque Augusti prediuitem liberti intelligunt: de quo Suetonius: Quod Augustus multos libertorum in honore & usu maximo habuit: ut

Licinium enceladū aliosq;. Aliqui uero liciniū crassum p endiadū legunt. Quāuis te albata rogarit. Quidā albatā expiatā & purgatā: quo magis ualeant eius uota. Quidā uero uittatā legunt. Est autē uitta fasciola tenuis qua capillos circūligabant. Poscis opem neruis. Eorum uota cōmemorat: qui bonā ualitudinē: atq; robur: longamque uitam a diis poscunt: quā ipsi sibi nimis epulis & opiparo uictu tollunt.

IOAN. BRI. Rē struere exoptas cæso boue. In surgit risu satyrico ī eorū īscitiā: qui quotidianis sacrificiis & pecudū mactatiōe sperāt greges suos auctum iri: cū oio assiduo sacrificiorū officio minuātur. Struere: congerere: & coaceruare: Vñ struem lignorū dicimus. i. cōgerie: Cæso boue: hinc. n: ut scribit Pli. uictimæ optimæ & laudatissima deorū placatio. Mercuriū: deū lucri: nā a mercibus dictus est: hunc enī negociorū oīum affirmabāt esse deū: auctor ē Festus. Fibra sacrificio. Nā ut Var. scribit: antiqui fibrū dicebant extremū: unde in sagis Fibriæ: & in iecore extremū: ut diximus supra Fibra dicitur. Fortūare: eodē uerbo usus ē Cicero ī Epistolis: Tibi matrimoniū dii fortunēt. Horati: Tu quācūq; deus tibi fortunauerit horā. Pēates auctore Macro. dīcūtur qd per eos penitus spirem⁹: apd poetas sæpe nūero pro domo ponūtur. Quo pessime pacto: Subaudi a superioribus dabitur: ut sit: quo pacto dabitur quod optas: Sicq; arguit eū demētiæ: q putet gregē augeri: cū quotidie sacrificiis minuatur iunicū. Boues sunt iuniores. Omenta: omētū intestinū est: auctore Celso ex interiori parte leue & strictū: & supiore mollius: cui adeps quoq; innascit: quæ sensu sicut cerebrū quoq; & medulla caret. Pli. Omentū mēbranā potius eē declarat: cū ait: Ventriculi atq; intestina pingui ac tenui omēto integūtur: pterq; oua gignētibus. Extis: dicta exta auctore Festo quod ea diis pscecētur: q maxīe extāt: eminētq;. Farto: genī libi dictū: teste Festo: qd crebrius ad sacra ferebat: nec sine strue altero genere libi: q q afferebāt strufertarii dicebantur. Opimo: pīgui: ab ope quā terrā uoluerūt significare: quod oēs opes hūano generi terra tribuat: unde & opulēti terrestribus rebus copiosi: & hostiæ opimæ precipue pingues: & opima magnifica & āpla spolia. Intēdit: pseuerat. Iā crescit ager: iā crescit ouile: Satis lepide naturā hoīs cupidi expressit: qui iā ob sacrificia facta putat deorū bnficio res suas augeri: cū tamē potius minuātur. Iam: irrisio est poetæ. Donec nūmus deceptus: Sēsus est: Torqdē sacrificiis a diis opes petiit: ut iā arca nūmis exinanita sit: & ne nūmus qdēī ea uiuat. Satisq; philosophice ostēdit poeta: ut dictū est: a diis stulta uota nō exaudiri. Deceptus: Quod mihi a diis īpetrauit: Ne quicq̄. i. nō: alibi Persius: Nequicquā extrinsecus intrat. Quod neruos agitet: alias pro frustra pōitur. Vir. Arma diu senior desueta tremētibus æuo circūdat: ne quicquā hūeris. Suspiret: id est uiuat: sumpta metaphora ab aīantibus. Si tibi crateras argēti: Sēsus ē: tantæ qdē cæcitatis es ut siqua ad te dona tulero: stati lætitia afficiaris: putesque ea a diis ob sacrificia facta tibi missa. Et ideo deorū imagines & simulacra inaures: ut dīni beneficii mēor & gratus. Incusa: ab eo uēit quod ē incudo ab ultimo supino. Vnde incuso & accuso. Incusa ergo sculpta & signata. Sudes: nimia lætitia. Pectore leuo: ubi sedes ē cordis. Excutias: emittas: effundas. Hinc: ex donis acceptis. Auro ouato: aut ideo dixit ouato: q; imagines: q̄ inaurantur: ouo prius linuntur a pictoribus Nec illud tñ obstabit qd ouū primā hēt lōgā: nā multa inueniūtur in auctoribus q̄ primitiuorū naturā nō sequūtur: ut farina: nā & si a farre deriuatur: Prima tamē corripitur. Aut ex pecunia prædacea. Nā ut ex. A. Gelii noctibus atticis percipi licet: ex pecunia quæ ex præda uēdita colligebatur: q̄s manubias appellabāt. Duces: simulacra & deorū imagīes in tēplis erigebāt. Verba sunt. A. Gelii. In fastigiis fori Traiāi simulacra fūt sita cirumundiq; iaurata equorū atq; signorū militariū: subscriptūq; ē manubiis Huic testīonio ē. L. Metellus Dalmaticus q Asconio auctore ædē Castoris de manubiis extruxit. Erant. n. imperatorum Manubiæ: ex quibus quod uellent facerent: Auro igitur ouato intellige ex pecunia prædacea: ex qua: ut dixi: sæpe & tēpla & alia in honorē deorū extruebātur. Ouatus eodem modo dicitur ab ouare: ut triūphatus a triūphare. Ouantes: nt scribit Festus dicti sunt ab o o clamore: quem faciunt milites redeuntes ex pugna: geminata o o littera: quod est lætitiæ. Ratio ouandi & causa est: ut tradit. A. Gelius: cum bella non rite: neq; cū iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile & non idoneum: ut seruorum pyratarū: aut deditio solito citius facta: aut incruenta uictoria: Ingrediebantur urbem pedibus: sequentibus eos non militibus: sed uniuerso senatu. Perducis facies sacras: hoc inuidiose in mores temporum suorum. Nam auro & argēto pla cariores putabant futuros deos: cū fictilibus magis propicii supplicantibus essent. ita scribente Seneca. Exurge modo: & te quoque dignum finge deo. Finges antē non auro nec argento: non potest in hac materia imago dei exprimi. Quin cogita illos: cum propitii fuissent: fictiles fuisse. Perducis: perduci proprie dicuntur imagines ex gypso & marmore. Facies sacras: simulacra & deorum imagines. Nam fratres inter ahenos.

Rem struere exoptas: cæso boue mercuriūque
Accersis fibra: da fortunare penates.
Da pecus & gregibus fœtū quo pessime pacto
Tot tibi cū in flāmas iunicū omēta liquescant
Attamen hic extis: & opimo uincere ferto
Intendit: iam crescit ager: iam crescit ouile.
Iam dabitur: iā iam dōec deceptus & expers
Ne quicquam fundo suspiret nummus in imo
Si tibi crateras argenti incusaq; pingui
Auro dona feram sudes: & pectore leuo
Excutias guttas: lætari pertrepidum cor.
Hinc illud subiit auro sacras: quod ouato
Perducis facies nam fratres inter ahenos

Somnia pituita. q. p. m. Romæ: ut quidā tradūt in porticu quadam collis Palatini fuerunt effigies filiarum

Danai:& contra eas ſub diuo totidem Equeſtres filiorũ Aegiſti. Ex iis autem ſtatuis quædam dicebantur po
ſtulantibus per ſomnium dare reſponſa. De hac porticu Ouidius ĩtelligere uideretur cũ ait. Quæq; parare ne
cẽ miſeris patruelibus auſæ Belides:& ſtricto ſtat ferus enſe pater. Et idem alibi Heſterna uidi ſpatiantem lu
ce Puella Illa:q̃ Danai porticus agmẽ habet. Eſt igit̃ ſenſus:ĩter imagines æreas quinquaginta fratrũ eos ĩ pri-
mis colendos aſſumas qui uera ſomnia ho n inibus dant. Et eſt Ironia.

BAR. FON. Rem ſtruere exoptas: Vota ditari cupiẽtium. Quo peſſime pacto. Quo pacto uis augere di
uitias cum quotidie rem ĩminuas muneribus mercurio largiẽdis. Tot iunicum omenta liqueſcant: Tot tau
ri ĩmolentur & cõburant̃. Iunices uero tauro uitulis grandiores: bobuſq; iuniores ſunt a iuniori ætate cogno-
minati. Omentũ uero: ut Celſus in quarto refert: mẽbrana tenuis eſt inteſtina cõtegens ex interiore parte leue
& ſtrictũ: ex ſuperiore mollius. Opimo farto: Copioſo & abundanti ſacrificio. Fartũ n. ſacrificii genus eſt
uel quod ad ſacra ferret̃ dictũ: uel quod pluribus uariiſq; rebus fartũ eſſet. Nã ut de re ruſtica Cato ſcribit ſtruẽ
farris: tritici: hordei: fabæ: ſeminis rapicii. ture ac uino additis ante meſſem parabant in porcæ præcidanæ in
molatione. Ianoq; ac ioui & iunoni ſacrificabant. Quæ diuerſarũ rerũ congeries: fartũ nominabat̃. Ne qequã
fundo ſuſpiret numus ĩ imo. Donec pecunias omnis in eiuſmodi ſacris abſũpſerit. Ne quicq̃ uero pro nõ poſ
nitur. Vir. Ne quicq̃ ſeros exercet noctua cantus. Alibi: fruſtra ſignificat. Idem in octauo: Ter ſaxea tẽtat limi
na ne quicq̃. Suſpiret uero ad gemitũ & dolorẽ donantis rettulit: cũ ſe omnia conſumpſiſſe cerneret ſpe fruſtra
tus ſuſpiraret. Si tibi crateras argenti. In eos dictum qui deos credũt ut homines muneribus delectari. Auro
ouato: qui triumphũ ducebat albis equis quattuor laureatus uehebat̃: & boues immolabat. At qui ouabat: nõ
in curru: ſed pedes patritiis in calceis mitreã geſtans coronam oues mactabat: unde ouare & ouatio dicta eſt:
Hinc quoq; ouatum aurũ dici nõnulli uolunt uel ouatione uictoriaq; quæſitũ uel ingens & copioſũ quantum
ouationibus cõparatur: peritiores quidã ouatũ ouo auratũ accipſũt: quoniã oui albo antea illinito æra ac mar
mora auri & argenti laminis decorentur: nec obſtat quod ouum prima longa efferatur. Plæraq; enim deriuati
ua primitiuorũ naturã nõ ſeruãt. Pli. quinto & trigeſimo libro hoc pene uidet̃ innuere. Ait. n. de marmoribus
loquẽs: Vt ouatus eẽt numidicus: ut purpura diſtingueret̃ ſinnadicus. Fratres ahenos. Pollucẽ & caſtorẽ quidã
legũt. Satius tamẽ eſt ut deos omnis qbus in tẽplo ſtatuæ ponunt̃: intelligamus.

Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt.
Precipui ſunto ſitque illis aurea barba
Aurũ uaſa numæ: ſaturniaque impulit æra.
Veſtaleſque urnas: & thuſcum fictile mutat
O curuæ in terras animæ cæleſtium inanes
Quid iuuat hoc tẽplis noſtros immitere mores
Et bona diis ex hac ſcelerata ducere pulpa?

IOAN. BRI. Pituita. Omnis eſt humor corpori
oneroſus: dicta: Vt ſcribit Aelius: qa petat uitã: cui
Etymologiæ Quintilianus minĩe aſſẽtit ea ẽ maxĩe
nariũ: Oculorũ: & auriũ. Cornelius celſus ita ſcribit.
Diſtillat ãt humor ex capite ĩterdũ in nares: qd̃ leue
eſt: Inter fauces qd̃ peius eſt: Interdũ ẽt in pulmonẽ
qd̃ peſſimũ eſt. Si ĩ nares diſtillat: tenuis p has pitui
ta pfluit. Idẽ alibi. Oculos ĩterdũ occupat ĩflãmatio
ubi cũ tumore ĩ his dolor ẽ: ſequtur pituitæ curſus:
nõnunq̃ copioſior uel acrior: nõnunquã utraq; pte
moderatior. Et paulo ĩferius. Sed fere tẽpore inter
poſito pituitæ curſus acerrimus ſeqũ: exulceratiſq; uehemẽter oculis aciẽ quoq; ipſam corrũpit. Et alibi: Si pi-
tuitã acidã effudit: utiq; ſumere cibũ: ſed aſſueto leuiorẽ. Pli. contra auriũ pituitas uermiculoſq; ſi decoquat̃ ad
dimidias ptes cũ porro capitato nouo fictili. Nec corporis tãtũ humani eſt pituita: ſed & arborũ. Pli. Fungorũ
leuior natura: & nũeroſa genera & origo nõ niſi ex pituita arborũ. Purgatiſſima. Quæ ueriora habẽt̃ purga
to p noctẽ pectore. Aurũ uaſa numæ ſaturniaq; ĩpulit æra. Notat ut dixĩus tẽpora ſua. qbus p luxũ remoto
e Tẽplis aere & fictilibus ĩ uſũ Cultus diuini uſurpatũ eſt Aurũ: quo deos magis placari credebãt: qd̃ nũc Poe
ta deridet: ignorãtiã hominũ arguẽs: q deos mũeribus & Auro delectari putãt: in cuius rei iuidiã ita ſcri. Pli.
Antiquior fuit plaſtice: quã fundẽdi æris ars ex ea enĩ dii fiebant: & domus ciuiũ ornabant̃. & dii fictiles erãt
eæ. n. tũc deorũ afficies erãt laudatiſſimæ. Cice. in legibus Aurũ & argentũ in urbibus & priuatũ in phanis in
uidioſa res eſt. Vaſa numæ. Fictilia ſcilicet quibus Nũma Põpilius Secũdus poſt Romulũ Romanorũ Rex ĩ
ſacris utebatur. Is curibus Sabinis agẽs ultro Romã uocatus ob Inditã Viri Religionẽ: Sacra plurima ĩſtituit
Aedẽ Veſtæ confecit. Virgines ueſtales elegit. Flamines tres Dialẽ Martialẽ: Quirinalẽ: Salios Martis Sacer
dotes: Pontificẽ maximũ creauit. Et: ut ſcri. Pli. ſeptimũ collegiũ figulorũ iſtituit. Saturnia æra. Quæ Satur
ni tẽpore: idest rudi illa ætate in ſacrorũ celebratiõe erãt in uſu. Impulit: remouit: ex tẽplis ſcilicet. Vrnas: Vr
na pprie uas aquariũ: dicta q̃ſi Vrina ab urinãdo. i. ſub aqua nãdo: auctor eſt Varro. Thuſcum fictile: Quo
in ſacris prolibabatur. Plinius. In ſacris quidem etiam inter has opes non myrinis Criſtallinis: ſed fictilibus
prolibatur ſympulis innocentius: tẽplorum quoque faſtigia fictilibus ornabantur. Thuſcum: Etruria aucto
re Plinio maxime Plaſticem excoluit. Vnde Tarquinus priſcus: Tauriano a fregellis accito: Iouis effigiem fi
ctilẽ in Capitolio dicandã lo auit. Martialis lautus erat thuſcis Porſena fictilibus. O curuæ ĩ terras animæ
Acclamatio eſt cum riſu & indignatione in eos qui ex deſiderio ſuo deorũ uoluntatem ducunt. Curuæ in
terras: Ad terrena ita inclinatæ & deuolutæ: ut quid a nobis deus exigat non cõſideretis. Sicq; innuit: ut ſequẽ
tia docent: deum ad uota noſtra non moueri noſtris ſacrificiis: muneribus ue. ſed: ut dictũ eſt mente ſancta &
iuſto animo. Non ignoro a Lactantio hoc carmen miris laudibus efferri. Cæleſtiũ manes: quæ nõ cogno
ſcitis quid cæleſtibus gratum ſit ac ſi diceret ſuperos non eiſdem moueri affectibus qbus mortales. Noſtros

immittere mores:idest credere eadem quæ nobis grata sunt diis pariter placere.' Et bona diis ex hoc scelerata ducere pulpa. Idem est:poetæ est exaggeratio. Ducere:iudicare:colligere. Et scelerata pulpa:idest uoluptate & desiderio nostro. Pulpa:inde fit pulpamentum.dictaque est auctore Donato:quod pulsetur & cõscindatur dum manducatur.

BAR.EON. Somnia pituita purgatissima. Vera & bene purgata somnia. Omnium autẽ quæ dormiẽtes uidere nobis uidemur diuersitates quinq; Macrobio teste sunt.Somnium:uisio:insomnium:oraculum uisus qui a græcis fantasma dicitur. Ex his insomniũ & fantasma cum falsa sint interpretatione non indigẽt. Tria reliqua uates interpretantur. Et oraculũ quidem ẽ cum quis in somnis aliquid nobis denunciat. Visio uero cũ id quis uidet:quod eodẽ modo quo apparuerat euenit. Somnium autem proprie uocatur quod tegit figuris & uelat ambagibus nõ nisi interpretatione intelligendis. Pituita:phlegma græce:pituita latine:quod uitam petat.Alio auctore:ut scribit Quintilianus dicitur. Est autem pituita:ut Laudinus secũdo de aĩa libro refert. Sanguis rudis adhuc:nec dum plene decoctus:sed quæ quandoq; sanguis absolutissime fieri possit. Ea uero aut artificiosa natura gignitur & bona est: Aut aliquo peccato in corpore surgit: ob idq; adulterina iure appellari potest. Huius spẽs quattuor sunt.Mucillaginosa:q̃ etiã cruda. Vitrea a colore ponderosa & uiscosa quæ liquefacto uitro similis ẽ Gypsea crassa & albicans Vltima oĩbus siccior & leuior:ob eãque rem acutior: & gustatu falsa. Cæterũ Celsus quarto uolumine auctor est:distillat humor ex capite:interdũ in nares: quod lene ẽ:interdũ etiã in pulmonẽ:quod pessimũ est.Si in nares distillat:tenuis per has pituita profluit: caput leuiter dolet. grauitas eius sentit̃:sternutamẽta sunt.Si in fauces has exasperat:tussiculã mouet. Si in pulmonẽ: preter sternutamẽta & tussim:ẽ etiã capitis grauitas lassitudo sitis:æstus bilosa urina:Aurũ:uasa Numæ: Numa põpilius Põponii filius curibus sabinorũ oppido ortus Romulo mortuo regnũ suscipiens a belli cura ad religionẽ populũ uertit:tẽplaq; multa ac sacerdotia instituit. Quoniã uero fictilibus cũ in publicis:tũ ĩ priuatis ea tẽpestate romani ob paupertatẽ & cõtinẽtiã utebãtur:septimũ quoq; collegiũ figulorum ordinauit:Longo postea interuallo:cũ auctis opibus & increscente luxuria argento atq; auro pro fictilibus uterẽtur:ob eam cãm Numæ fictilia tẽplis expulsa est:ab aureis uasis cõmemorat. Saturnia æra: quibus Saturno regnante utebantur. Aes uero apud antiquos in precio magno fuit: Vnde & Numa collegiũ tertiũ fabrũ ærariorum instituit:& inde militũ æra:& ærarium: tribunique ærarii & obærati ab æra cognoĩatur. O curuæ in terris aĩæ Terrena tantũ relictis cælestibus cogitantes. Exclamans autem indignatur & quærit quid luxuries tãta in tẽplis profit. Exclamatio uero ipsa conficit significationẽ indignationis atque doloris. Ex hac pulpa: Ex hac nimia luxuria nostra. Pulpa enim sine ossibus caro est.

IOAN.BRI. Hæc sibi corrupto casiam:Oñdit oĩo deos nõ hoĩs munera:sed puram mentẽ poscere:Sensus ẽ:siquãdo per uestiũ:aliarũue rerũ luxũ peccamus:ex eo tamẽ aliquã capimus utilitatem. At aurum in templis nihil oĩo diis prodest: cũ muneribus more mortaliũ nõ moueantur. Dissoluit diluit. Tẽpora sua notat:qbus in tantũ luxum unguenta processerant:ut lini iam non solum: sed & perfundi unguentis gauderent:etiã uestigia pedũ tingerent:quidã etiam biberent:auctor est Pli: Casiam:unguentũ:casia enim auctore Pli. frutex est in Aethiopia Troglodytis connubio permixta iuxta Cinami campos nascens. Fabulosa tamen antiquitas princeps ue Herodotus narrauit Casiam circa paludes arabiæ colligi:propugnãte unguibus diro uespertilionũ genere:aliegerisq; serpẽtibus:his cõmentis augentes rerũ precia. Oliuo:Quo unguẽtorũ odores optie seruantur. Pli. Vnguenta optime seruãtur in alabastris:odores in oleo. Corrupto:qa in unguẽtorum odorẽ trãsit:Nã unaquæq; res alterius permixtiõe corrũpitur. Virgi. Nec casia liqdi corrũpitur usus oliui. Coxit:tinxit: infecit. Vellus:lanã:a uellẽdo. Nã añ tõsurã iuẽtã ex ouib⁹ lanæ uellebãtur:uñ ẽt lana:siue lanitiũ a laniãdo. Calabrũ:lanæ calabræ nobilissimæ habebant̃:nã circa Tarẽtũ oppidũ Calabriæ Canusiũq; auctore Pli.sũmã nobilitatẽ hñt. Vñ Var.scribit Tarẽtinas oues pellibus ĩtegi ne lana inquetur:quo minus uel inficí recte possit uellus:uel lauari ac parari. Muricem:i.purpura:genus enĩ est cõchilii:ex quo liquor elicitur tingẽdis expetitus uestibus purpuræ haud quaquã dissimilis. Plinius:uidimus iã & bibentium uellera:purpura:coccho conchilio sesquipedalibus libris infecta uelut illa sic nasci cogente luxuria. Vitiato: Quia cũ laniciũ inficitur:alienũ colorẽ uitiat. Virgilius :Discet mentiri lana colores. Horatius. Sed mala tollet anum uitiato melle Cicuta. Baccam:idest margaritã. Horatius: Nec fit marita quæ rotũdioribus onusta baccis ambulet. baccas proprie dicimus fructus lauri. Fructus Oliuæ:corni:Loti quã fabã syriacam uocãt:myrti:Lentisci similiũque. Acinos uero siue acina fructus minutiores arborũ fruticũue dẽsius nascẽtes noĩamus:cũ baccæ dispersius & rariùs: inter acinos igitur numerant̃ Vuæ grana:Hederæ grana:Sambuci grana:Ebuli grana:Malipunici grana:& morũ:& quicquid his simile Supra hæc autẽ poma dicuntur du ntaxat quibus uescimur. Cerasiũ & Prunũ & Mespilũ poma:non acini neque baccæ noĩatur. Glans in numerũ istorũ non uenit:sylnestris enim & pastio pecorum est. Castanea in nuces refertur. Vnde Vergilius:Castaneasque nuces:sicut Pinus. Corylus siue a loco. Auellana: Amigdalus:iu

Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo:
Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus:
Hæc baccham conchæ rasisse & stringere uẽas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc peccat:uitio tamẽ utitur:at uos
Dicite pontifices:in sacro quid facit aurum?
Nẽpe hoc qd' ueneri donatæ a uirgine puppe

glans:& si qua his similia nõ poma dicunt:sed Nuces:Nonnunquã tamẽ Acini & Baccæ ĩdifferenter ponun tur:ut Virgilius Sanguineis Ebuli Baccis minioque rubentem. Conchæ:idest unionum matris. Margari tifetæ enim Conchæ origo atque genitura haud multũ ostreatorꝫ Conchis differens:Has ubi genitalis anni stimulauerit hora:pandentes sese quadam oscitatione impleri rosido conceptu tradunt:grauidas postea eniti partumq; concharum esse Margaritas pro qualitate roris accepti.Si purus influxerit candorem conspici:si uc/ ro turbidus & fœtum sordescere.Indictus maxime hoc mittit oceanus:Laudãtur præcipue circa arabiam ĩ per sico sinu maris rubri. Rasisse:auellisse:sic.n.auctore Plinio: Cõchis adærescunt:ut iis nisi lima auelli nõ que ant. Stringere uenas.s.m.c.d.p.i.Aurum ut scribit Plinius tribus modis inuenitur:fluminum ramentis:nec ullum absolutius aurum est:ut cursu ipso trituq; perpolitum. Alio modo puteorum scrobibus effoditur: aut in ruina montium.Quod puteis foditur canalitium uocãt.Quod effossum est tunditur:lauatur:uritur mol/ tur in farinam quæ deinde igni excocta in massas redigitur.Sensus est.aurum quoq; ex uenis terræ peritũ esse Hocque inuidiose in tempora sua:quibus auri in tãtum luxuria adoleuit:ut auctore Plinio fibulæ tribunitiæ ex auro gestarentur:mulierum quoque pedibus subiicerentur:atque in omnibus obscenis desyderiis usurpa/ tum fuerit. Stringere:in unum cõflare.Vnde auctore Plinio strigiles Hispania uocat auri paruulas massas q; super omnia solum in massa auramento capitur. Venas.i.aurum: quod per terræ siue marmoris uenas colligitur. Feruentis quæ dum tunditur feruescit. De crudo puluere:qui nondum excoctus est. Dicite pon tifices in sacris quid facit aurum? ostendit poeta superuacuum esse aurea uasa templis inferri:quod non sancti tatis sed auaritiæ sit instrumentum:unde infert satius esse deo : quem recte colas inferre pro munere compo situm ius fasq;:animi sanctosq; recessus mentis:& incoctũ generoso pectus honesto. Pontifices. Varro scri. dictos esse a ponte sublicio:quẽ supra tyberim primũ fecerunt:& sæpe restituerũt. Maximũ aũt dictũ esse põ tificẽ scribit Festus q; maximus rexꝫ quæ ad sacra & religionẽ pertinent iudex sit uindexq; contumaciæ priua torꝫ magistratuumq;. Donatæ a uirgine puppæ puellæ uirginitati renũciantes puppas in tẽplis Veneri dedi cabant:quẽadmodũ pueri excedentes pueritia apud lares.i.deos familiares bullã suspendebant:unde Persius Bullaq; succinctis laribus donata pependit. Puppæ:imagines puellares quæ in deliciis sunt puellarꝫ: nomẽ ductũ a puppa:qui puellã & puppũ puerꝫ appellabant.Varro auctore Nonio.Mammam lactis suggẽtem po scere puppum.

BAR.FON. Hæc sibi corrupto casiã dissoluit oliuo.Ex eadẽ luxuria natũ est:ut oleo casiaq; cõmixtis unguẽ ta cõficiamus & purpureis uestibus:uniõibusq; utamur:atq; auri & argenti metalla effodiamus.Casia dissoluit Virgiliana æmulario ẽ.Nec casia liqdi corrũpitur usus oliui.Casia uero.ut lib. xii.tradit Pli.frutex ẽ amplitu dinis cubitorꝫ triũ ĩ æthiopa iuxta cinnami cãpos nascẽs:sed in mõtibus crassiore sarmẽto:tenui cute uerius q̃ cortice color triplex:Cũ primũ emicat candidus pedali mensura.Deinde rubescit addito semipede. Vltra ni- grãs Hæc pars maxie laudatur ac deinde pxima.Dãnat uero candidi.Vitiato murice.Muricis piscis liquore lanæ ĩ purpureã tingebant. Hæc baccã concherasisse.Margaritas dicit:quæ rotundæ in morẽ baccarꝫ sunt: & e conchis piscibus extrahunt.Quoniã uero in cõcha gẽmæ semp sunt:neq; unquã ĩdiscrete repiuntur:pro pterea a romanis ut scribit Pli.unionum nomẽ illis est ĩditũ. Et stringere uenas.Aurꝫ & argentum significat qd terræ uenis effossũ:usumq; lauatur uritur & mollitur. Peccat & hæc peccat. Sacris non initiari peccant hu iusmõi luxuriæ seruientes:sed ex ea tamẽ aliquã utilitatem percipiunt:quia gemmis in auro purpuraque utun tur.At uos sacerdotes dicite quid aurea dona in tẽplis psint. Nẽpe hoc qd ueneri donatæ a uirgine pupæ.Ip/ semet interrogationi suæ respondens:idẽ qd puellarꝫ ludicra facere ĩ tẽplo aurꝫ assueuerat.Est uero pupa puel lula:& pupus puer putulus. De pupa Ausonius in bissula.Barbara quæ latias uincis alumna pupas. De pupo Varro apud Marcellũ.Mammã lactis sugẽtẽ poscere pupũ.Sed a similitudĩe pupa quoq; puula:puellaris ima go dicitur.Var.in orginibus.itaq; breui tempore magna pars in desideriũ puparꝫ & sigillorꝫ ueniebat.Moris aũt fuit ueterꝫ puellarꝫ paruula quædam puellaria simulacra ex linteo insuere:deinde tomento insarcire:uesti bus amicire.Has uirgines pueritiam egresse:Veneri tanquã uirginitatis sue insignia condonabant ut faũstum fœlixque futurꝫ matrimonium cederet. Veneri ab ioue maturæ uirginũ ætatis:nuptiarumq; cura:Diodoro auctore concessa est.

Quin damus id supius de magna qd' dare lãce
Non possit magni messalæ lippa propago.
Compositum ius fasq;:animi sanctosq; recessus
Mentis:& incoctũ generoso pectus honesto
Hæc cedo ut admoueã templis:& farre libato

Satyra tertia.

IOAN.BRI. Quin damus id supis:docet deorũ mentẽ ut scribit Cicero pro.A.Cluentio:pietate & religiõe & iustis precibus:nõ cõtaminata supstitiõe neq; ad scelus pficiendũ cæsis hostiis placandã esse. Quin:hæc particula increpãtis ẽ: sempq; ĩdicati uo coniungit.Virgi. Quin tu aliquid saltẽ potius quorꝫ ĩdiget usus: Viminibus molliq; paras detexe rejunco? De magna.q.d.l:Messalinum cortã Mes sallæ oratoris filiũ more satyrico per transitũ notat qui ĩ luxũ gulæ ut scribit Pli:palmas pedũ ex anseri bus torrere:atq; patinis cũ gallinaceorꝫ cristis cõdire repperit.Sẽsus est.Superi ea re nobis placãdi sunt:quã de se Messalinus præstare nõ potest:hoc est nõ opimis uictimarꝫ sacrificiis: quæ tantũ Messalinus ut diues dare potest:sed mẽte pura & corde syncero:cũ non opimas hostias sed puram hoĩum mentẽ diuina maiestas desy- deret. De magna lance.i.diuite. Magni Messallæ:oratoris qui magnificas habuit ædes:quæ cum domo li

d

cini certabant. Martialis: Et cum rupta situ messalæ saxa iacebant. Altaque cum Licini marmora puluis erũt

Lippa propago: lippi proprie dicũtur quibus oculi stillant. sed a poetis pro uitiosis ponũtur: id ad animũ: quod corporis ẽ transferẽdo. Horati. Crispini scrinia lippi. Persius alibi: Patres ĩfundere lippos: Cũ uideas. Cõpositũ iusq; fasq;. &. i. ita uiuas: ut nihil cõtra leges bũanas dĩnasq; cõmittatur. Iuris eni præcepta sũt hæc hõeste uiuere: nemini iniuriã facere: q̃buscũq; si possumus prodesse. Fas uero dicimus qcqd dii pmittũt: nec cũ fit irascũtur. Ergo ius hũanũ: fas dĩnũ dicius. Virgil. Sæpe ẽt festis quædã exercere diebus. Fas & iura sinunt. Cõpositũ ius fasq;. i. Leges dĩnas & humanas simul: ut sit compositũ simul utrũq; positũ. Sicq; monet non satis esse ad bene beateq; uiuendũ: alterũ sine altero præstari: Animi sanctosq;. re. m. i. nihil turpe ĩ animis nostris cogitemus: per quod ostendit a nobis facile deos placari posse: si & opere & cogitatione recte uiuxetimus. Sanctos recessus: puras: & sanctas sedes mentis. Pectus incoctũ: perfectũ. Sic. n. uocabant antiqui: ut dictum est: aliquid longi temporis coctum quasi perfectum: ut est illud Vergilianũ: Solidum nodis & robore cocto: sumptum ab his rebus: quæ igni excoctæ: quod ĩ se habẽt cruditatis: deponunt: sicq; mites: & perfectæ fiunt. Generoso honesto: naturali honestate. Hæc cedo ut admoueã templis & farre libabo Sensus est: si hæc quæ dixi præstiteris: sola qdem mola: Dii placabuntur: idest facile tibi obsequentur & preces tuas exaudient. Cedo uerbum est defectiuum apud comicos celebre: idest da. Terentius: Quin tu argentum cedo. Farre: idest mola: quæ sale & farre tosto constabat.

BAR. FON. Quin damus ut supis: honestatẽ uitæ morũque sanctitatẽ: nõ aurũ aut argẽtũ supis largiẽdũ hortat. De magna lãce: lãces uasa lata sunt: & aliq̃tulũ cõcaua: minus tñ excauata q̃ patinæ. Magni messale lippa ppago: messalaq; familia Rome clara & illustris fuit. Messalinũ ãt cottã prædiuitẽ utrũ ĩtelligit: cuius in lippitudinẽ satyrico more ĩuehitur: oculorũ uitiũ ad aĩ auaritiã referẽs. Hec cedo ut admoueã tẽplis & farre litabo. Fac ut probitatẽ & sanctos mores: rectãq; mentẽ ad tẽpla ferãt: & tũc mima quæq; oblatione: qcquid a diis petiero. impetrabo: q nõ dantiũ dona: sed mẽtẽ atq; aĩum perscrutãtur. Litare aũt proprie deos ppitiare ac placare: uotũq; impetrare significat. Plau. in penulo. Si hercle istuc unq̃ factũ est: tum me iuppiter faciat: ut semper sacrificem: neq; unq̃ litem.

IOAN. BRI.

Empe hoc assidue: iuuẽtutis tẽporũ suorũ desidiã: & circa uirtutẽ negligẽtiã insectat q̃ maiorũ diuitiis: auctoritateq; cõtẽta bonas artes non curat. Mõetq; uirtutibus & disciplinis: dũ tenera ẽ ætas uacandũ esse: partes suas ad reprehẽdẽdũ psonæ dat ĩtroductæ. Hoc assidue: legẽdũ ẽ cũ indignatione & reprehẽsiõe & gestu ad iuuãdũ: subaudi: facis: ut sit semp qdẽ stertis. Seqtur. n. sterimus

Empe hoc assidue: iã clarũ mane fenestra
Intrat: & angustas extendit lumine rimas
Stertimus indomitũ: quod despumare falernũ
Sufficiat quinta dum linea tangitur umbra
En quid agis? siccas insana canicula messes
Iãdudũ coquit: & patula. pecus oẽ sub ulmo est
Vnus ait comitum: uerumne? ocius adsit
Huc aliquis: nemon? turgescit uitrea bilis:

Assidue: hĩc erumpit fremitus poetæ ꝙ hoc assidue faciat. Clarũ mãe: hoc loco mãe: qa nomini adiunctũ ẽ: nomẽ efficitur. Vergi. Mãe nouũ: alias aduerbiũ ẽ. Despumare: concoquere: sumptum a uino: quod p multã spumã coqui solet ad dulcedinẽ. Lucanus. Indomitũ meroe cogẽs spumare falernũ. Indomitũ: durũ difficile cõcoctũ. Falernũ: secundã nobilitatẽ falerno uĩo dedit: Augustus cũ setinũ uinũ cũctis prætulisset: dictũ: ut tradit Silius italicus a falerno agricola: q primus eas uites coluisse dicitur: ut aũt placet Pli. a falerno agro cãpãiæ: unde Mart. Scelus ẽ iugulare falernũ: Et dare cãpano toxica sæua mero. nã falernus ager a põte cãpano læua petẽtibus urbanã coloniam syllanã Capue cõtributã ĩcipit nigri coloris eẽ Martia. docet. Cãdida nigrescãt uetulo cristalla falerno: idẽ alibi: Marmorea fundẽs nigra falerna mãu. Q ũita dũ lin. tan. um. hĩc indignatur: quod ea hora stertat qua ĩ negociis hoĩes maxĩe exercebãtur. Mart. in qntã uarios extẽdit Roma labores. Vmbra qnta: horarũ obseruatio auctore Pli. apud romãos uaria fuit. Duodecĩ. n. tabulis ortus tñ & occasus noĩabant. P? aliquot ãnos adiectus ẽ & meridies accẽso cõsulũ id pnũciãte: sed hoc serenis tm̃ diebus. Vsq; ad primũ punicũ bellũ M. Var. romãis solariũ horologiũ primũ statuũ ĩ publico secũdũ rostra ĩ colũna tradit bello punico primo a M. Vale. Messala cõsule cãtina capta ĩ Sicilia deportatũ: ĩde ãno urbis q̃drĩgẽtesimo septĩo: nec cõgruebant ad horas eius lineæ. Paruerũt tm̃ eis ãnis undecẽtũ. Nubilo tamen ẽt incertæ fuere horæ usq; ad Scipionẽ Nasicã q primus aqua diuisit horas æque noctium ac dierũ. Idque horologiũ clepsidra appellatum ẽ: umbrarũ rationem: quã uocant Gnomonicẽ inuenit Anaximenes milesius Anaximãdri & Thaletis discipulus: primusque Horologiũ qd appellatur Scioterĩcõ Lacedæmõe oñdit. En qd agis: alia increpatio, in desidẽ. Siccas messes: idest ea hora est diei: qua in agro segetes calore solis torrentur: & tu dormis: sicque cum indignatione & reprehensione legendum est. Insana canicula: caniculæ: ut scribit Plinius exortu solis uapores incendũtur: ferueut maria: fluctuant in cellis uina: mouentur stagna. & canes auctore Plinio toto eo spacio maxime in rabiẽ aguntur: unde insanam dixit: id est non salutiferam: caniculæ syderi frugibus: ut scribit Varro: inimico rufæ canes immolabantur: ut fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. Inter solstitium & caniculam: eodem auctore plærique messem faciunt: Coquit: maturat. Patula pecus omne sub ulmo: circiter. n. meridianos æstus pastores oues dum deseruescant sub umbriferas rupes & arbores patulas subiiciunt: quoad refrige

rato ære uerspertino:rursus pascant ad solis occasum. Venus ait comitũ:hoc cũ superioribus cõiungit: ut sit sensus. Vnus comitũ dixit:quæ præcesserũt desidioso. Verumne:uerba desidis:subaudi est:ut sit. Verumne est ita diẽ esse? Ocyus adsit huc ali.argute satisque lepide desidis natũrã expressit qui repentino impetu ad oia ferri uidetur cũ eũ statim laboris tedeat. Nemon? æmulatio est Horatii Nemon oleũ feret ocyus. & ea uoce legendum qua irati inclamant. Turgescit uitrea bilis:uerba poetæ irridentis tã subitũ ad uirtutem apparatũ quem celerrime scit defectur. Vitrea:an inflata & tumida:ut uitrum:qd ab artifice fistula inflatur:ut ideo uitrea dixerit:qa turgescit precessent:An:quod magis placet:lucida & clara:quæ hoiem oia effundere & aperire.unde Hor.dixit.Splendida bilis. Bili:unde bilosus uomitus dicitur. BAR.FON.

n Empe hoc assidue:idesides & incõtinẽtes inuehit quid fugiendũ sequendũq; sit ostendens.Q uedã ãt adducit comitis inertiã circa bonar artiũ studia reprehẽdentẽ.Ordo uero est.Nẽpe tu hoc assidue facis:ut ad multã lucẽ dormias. Indomitũ faler:uel aqua nõ dilutũ:uel tã uehemens q uix aqua domari possit.Virg.Dur bacchi indomitũq; falernũ.Ager aũt falernus in campania est uino celeberrimus. Despumare in stomacho cõcoquere.q ab olla ĩ qua carnes elixant:translatũ est.Q uinta dũ linea tangit umbra:antiqui p umbrã gnomonis orto sole horas in semicirculo spectabãt:in quo.xii.lineæ æquis diuisiæ spatiis a gnomone discurrebant.pria uero linea ab occidẽte sole orto ĩ primis adũbrabat:deinde cæteræ singulatim.Ver cum ad sextam lineam umbra uenerat:meridies erat.Q uinta igit linea iam ppe dic mediũ declinabat:quo tẽpore canicularibus diebus pecudes umbras & frigora captant Horologium aũt primus Anaximenes milensius & umbrarum in horis diei cognoscẽdis rationẽ inuenit. En quid agis? cum superiori castigatiõe correptus nondũ iurgeret grauius instat:atq; reprehẽdit q tũ maxime stertat: cũ magna pars lucis peracta sit. En uero demonstrantis cũ indignatiõe & castigatione est.Iuue.En hitum quo te leges ac iura ferentẽ. Insana canicula:furens per æstũ:quale apud Horatiũ.Iam procynon matutino æstuosus.quod sydus apud Romanos nõ habet nomen.nisi canicula hanc uelimus intelligi:hoc est minorem canem:Duo uero canes in cœlo sũt:maior & minor.Sed canem dicendo maiorem intelligimus.Minor.n.canis canicula dicit:quæ qa integrũ diem in ortu atq; occasu canẽ præcedit:inde a græcis procynon appellat:pro enim ante: kyrios uero canem significat.Ardentissimo autem æstatis tempore canicula oritur.xvii.Iulii die:sole primam leonis partem ingrediente. Canis uero postridie: sole primã partem leonis ingresso. Verũne? Verba castigati adolescentis q tã clar mane sit indignatus:& aliquem seruor ad se uocantis.Nemon:seperatim cũ stomacho acri sono uocis legendũ est.Indignat.n.nõ presto ex seruis aliquẽ accurrisse. Turgescit uitrea bilis:uel admonentis:uel Persii uerba sunt:illũ irasci demonstrantis.Bilis.n.q̃q̃ proprie corporis humor est:ex cuius abundantia morbus nascit qa tamẽ animus quãdoq; corporis inclinationẽ sequitur:ad mores:iracundiãq; trãsfertur. Pli.li.xi.Sed in felle nigro insaniæ causa homini mosq; toto redito. Hinc & in morescrimen bilis nomine:adeo magnũ est in hac parte uirtus:cum se fundit in animum.

Finditur arcadiæ pecuaria rudere credas
Iam liber & positis bicolor membrana capillis:
Inque manus carthæ:nodosaq; uenit arundo.
Tũc queritur crassus calamo qd pẽdeat humor
Nigra quod infusa uanescat sepia lympha.
Dilutas queritur geminet quod fistula guttas
O miser inque dies ultra miser huccine rerum.
Venimus? at cur non potius teneroq; palumbe
Et similis regum pueris papare minutum
Poscis? & iratus mammæ lallare recusas?
An tali studeam calamo cui uerba quid istas
Succinis ambages:tibi luditur:effluis amens

IOAN.BRI. Findit: rũpit præ nimia idignatõe nullũ sibi adesse. Archadiæ pecuaria:uerba poetæ irridẽtis. Archadiæ pecuaria.i:asinos:quos egregios pgenerat Archadia.Pli.de iis ita scri.Sed mular maxie pro generatiõe patria ẽt spectat in his: Archadibus ĩ Achaia:ĩ Italia reatinis. De iisdẽ sic Strabo ubi loquit de Archadia:Fertilia autẽ pecori pascua præsertĩ equis atq; asinis equar suppositoribus.Varro itẽ sic scribit.Hoc.n.nomine asini Arcadici in græcia nobilitati.In italia reatini:hinc est illud Iuue.Nil salit arcadico iuueni.i.asinino. Rudere:Persius primã pducit.Alii uero auctores corripiũt.Virg.Grauiterq; rudentes. Et sera sub nocte rudentũ.Oui. Vt rũdit a scabra turpis asella mola.

Iam libet:chartam Alexandri magni ũictoria reptam fuisse auctor est Marcus Varro cõdita in ægypto alexãdria:antea non fuisse carthar usũ.Palmar foliis primo scriptitarum :deinde quarundã arbor libris unde libri nomẽ accepere: Tunc q̃ritur:ecce quã cito uirtutem fastidiat desidiosus. Nigra sepia:piscis est marinus:qui ubi sensit se apprehendi:effuso atramento qd pro sanguine huic est.infuscata aqua abscondit De eo ita meminit Celsus.Monent aluum salsamenta:ostrea pelorides:echini:musculi.& omnes teneri pisces sepiar attramentum.Huius sanguis pro atramento in usu erat. Vanescat: queritur atramentum ita aqua dilutum esse:ut ex cartha latim habeat. Fistula:calamus quem supradixit harundinem. Guttas:gutta auctore Palemone uincentino dicitur cum stat.stila cum cadit. O miser inque dies miser:satyrica exclamatio in desidiosi excusationes. Huccine rerum uenimus ? tanta ne & animi & corporis mollitie sumus:ut uirtutẽ nullo labore partam uelimus. At cur non potius:insultat per irrisionem nimiæ molliciei. Similis regum pueris:qui delicatiui uictu aluntur. Papare uerbum tractũ a uoce puerorũ qui cibum petentes ita dicere solent.

Cato d liberis educādis:Cū cibū ac po tionē:buas papas docēt:& matrē māmā & patrē tathā. Papare:hoc loco uerbū p noīe pbsitū est:ut alibi. Et nostrū istud uiuere triste:ut sit papare minutū: idest cibum minutū: & confractū:qualē pueri poscunt:appellātes:ut diximus cibum papas & potionēm buas:Nec illis assentio q minutal hoc loco pro minutum legunt. Nam is cibus infantibus haud quaq̄ conuenit. Iratus māmæ: māmæ pōt esse datiui casus:ut sit iratus māmæ:potest esse & genitiui:ut sic dicas:recusas lallare māmæ.i. blandicias matris:quam māmam:ut dictum est appellabant antiqui.Nartia.Māmas atq; tatas habet afra: Sed ip sa tathatū Dici & māmarum maxima māma potest. Lallare:idest blandimentū matris:quæ flentibus liberis sic blandiri solet. An tali studeam calamo:uerba desidiosi excusantis.Horatius:Culpātur frustra calamis sic blandiri solet. An tali studeam calamo:uerba desidiosi excusantis.Horatius:Culpātur frustra calami

Cui uerba:uerba poetæ irridētis.q.di.teip̄m:nō me decipis.Sicq; subaudi das:ut sit:cui uerba das. Succinis:cōpositū a sub & cano. Tibi lu.i.tua res agit:sumptū ē a ludo:ī quo agitur p eo q pecuniā exposuit. Efflu is amens:apte fictili nō bene cocto desidiosum & mollem comparat.

BAR.FON. Eindit arcadiæ pecuaria rudere dicas:& si q̄dā exemplaria findor hēnt:qa tamē in uetustiori bus findit ī tertia psona iuēitur ātiquā scripturā tanq̄ sensui magis cohærētē secutus sum.Cū.n.uel poeta:uel mōitor dixerit:turgescit uitrea bilis:stati finditur:subiūxit:hoc ē iracūdia: indignatiōeq; disrūpitur: atq; ita ī seruos ad se nō accurrētes exclamat:ut eius uociferatione audita arcadicos asinos rudere existimes. Rudere autē asinorū proprium ē.abusiue.n.de leonibus:Sera sub nocte rudētū:& de hoīe:Inclusumq; cauo saxo atq; insueto rudentem Dixit.Virgi.In arcadia uero Boetiæ regione:& apud reatinos in italia optimi asini nascebantur. Iam liber & positis bicolor mēbrana capillis:mēbranæ a mēbris animaliū dictæ sunt: in quorū tergoribus primū latere ab uno scribi cœptum.deinde ab utroque derasis pllis: Earum usus Pergami regnante Eumene inchoauit:uerum q̄q̄ in mēbranis describitur:hic tamē pro inuolucro libri ponitur.Nā qui librum cōptius adornabāt mēbrana colore aliquo infecta operiebāt:quod Tibullus ad Neeram librum suū mittēs: significat Luthea:sed niueum ĩuoluat mēbrana libellum. Inq; manus chartæ:cū librū mēbrana bicolori ob uolutū sumpsisset:ut ex eo aliqd trāscriberet chartam cœpit.Cuius usus cōdita ab Alexādro in ægypto urbe sui noīs emanauit.ātea enī:ut libro tertiodecimo scri.Pli.Palmarum foliis scriptitabāt:quādoq; & arborū libris:unde ēt libri sunt appellati.Interdum & ī plumbeis uolumībus:& in linteis & in cæreis scriptum ē:Ex papiro āt earum cōfectio prima fuit:q; ī pluastribus locis ægypti gygnitur. Nigra q; infusa uāescat sæpia lympha:q; attramētum scriptorū:qd crassum ātea calamo depēdebat:nunc aq̄ dilutum nimis fluat cōquerit. Apud neteres āt ex atro sæpiarū humore librariū attramētū fiebat.Sæpiæ uero:ut scri.Pli.in nostro mari bimum cubitorū capiunt.neq; his bimatu lōgior uita:heæ se apprehendi cum sentiunt:effuso attramēto: quod p sanguine eis est infuscata aqua abscōduntur. Pariunt āt omnibus mensibus. Eistulas: calamum scriptorum intelligit. O miset inq; dies: ultra miser. Summa arte:exclamatione:conduplicationeq; utitur: Cum enim cerneret eum indies deteriorē futurū:exquo tam fatuā excusationē desidiæ suæ afferret:in banc significationem doloris prorupit. Papare minutum:minutis ac blandiusculis uerbis patrem appellare:ut qdam sentiunt.Quod si patrem uocare significat per unicum.p.scribendum est.Papas enim pater est.& cū.p.unico scribitur.Quod pater apud Homerū in Odyssea:Naulicaam enim Alcinor filiam inducit patrem suū uocantem Papaphile:idest pater care.Iuue:Timidus prægustet pocula papas:pro aliquo qui te filii loco amet. Quidam uero papare per geminū.p.scribentes pappū:hoc est auum uocare dicunt.Pappus enim auus est ut Festus scribit:quod & Ausonius ad nepotem suum ostendit.Pappos auiasque trementes. Ante ferūt patrib⁹ seri:noua cura nepotes: Iratus mammæ lallare recusas:morem infantium expressi qui matri irati fugere māmam rennuunt:quod lallare dicitur:quidā tamen lallare blandiusculis uocibus loqui infantium more legunt Mamma uero & uber & mater est. An tali studeam calamo:excusat se adolescēs tali calamo scribere nihil pos se. Cui uerba:non meipsum:sed te decipis:respondet admonitor.

IOAN.BRI. Cōtēnere:Hora.Cōtēnere miser

uitāda ē improba syren Desidia. Sonat uitiū pcussa:perstati metaphora uasis:per quā oñdit:quem admodū fictilia male cocta emptori uitiū īdicāt:si pcussa fuerīt:ita & desidiosos nullius uirtutis iuēiri. Maligne rñdet:deest &:. Fidelia:uas fictile: dicta q; fideliē recōdita seruet. Vdū & mol.lu: es a metaphora non discedit.i.rudis & sine aliq̄ uirtutis cognitiōe.& ideo denuo reformādus:q̄le ē lutū quod nōdū alicuius uasis formā accæpit:sed rudis tm ē massa. Nūc nūc ppe.i.cū propatōe formād⁹

Contemnere:sonat uitium percussa maligno
Respondet uiridi percussa fidelia lime.
Vdū & molle lutū es:nūc nūc ppērādus & acri
Fingendus sine fine rota:sed thure paterno
Est tibi far modicū purum & sine labe salinum
Quid metuas? cultrixque foci secura patella
Hoc satis? an deceat pulmonē rumpere uētis
Stemmate qd thusco ramum millesime ducis

Sed rure pa. Est ti.f.m.ironia ē poetæ occurrētis excusatiōibus desidis:q.di.nō mirū ē si liberalib⁹ studiis & uirtutibus nō incūbis:cū maiorū diuitiis & auctoritate cōtētus esse possis. Sed rure paterno:idest ex agris paternis q̄ ad uictū sint satis colligis:ut iā necessariū nō sit te uirtutē q̄rere. Far.mo.hinc erūpit īdignatio:cū nec locuples sit po;ro.farre tātū trecētis ānis usum fuisse tradidit uerius auctore Pli. Purum & sine labe sa:q.d.per ironiā:iā maiorū tuorū gloria & auctoritate contentus esse debes:cū iam tibi salinum & patella maiorum tuorum:quibus quondā in sacris utebantur:tibi relicta sint:nam salino & patella utebantur ad

ſacra:unde.C.Fabritiũ ſcribit Valerius patellã deorũ & ſalinũ habuiſſe.Aemiliũ quoq; papũ addit cũ hæreditatis noĩe ea accepiſſet:religiõis cã a ſe abalienãda nõ putaſſe. Purũ.i.defecatũ.nã ſalinũ argẽteũ erat.hinc irridet hoĩs elatiõnẽ & ſuperbiã. Quid metuas? ironicos.i.nõ tibi metuendũ eſt ẽt relicta uirtute:cũ & diues & nobilis ſis. Patella ſe ironice.q.d.ad quã parãdã nullã curã & laborẽ ſuſtinuiſti:cũ eã a maioribus tuis partã accepis. Patella:aptiana:quã a patulo & dixerũt teſte Var. Hoc ſatis? putaſne ide pẽdere nobilitatẽ hoĩs? p qd mõet nec ĩ aliena gloria:nec ĩ diuitiis:ſed ĩ ppria ueraq; aĩ uirtute nobilitatẽ conſiſtere. Pulmonẽ rũpe. uẽ.i.in ſubpiã afferri q; ortus ſis ex ſplẽdida & nobili familia.Sicq; docet:ut dictũ ẽ:nobilitatẽ hoĩ parari:non diuitiis:neq; maiorũ gloria:ſed ſola & ppria aĩ uirtute iuxta illud Iuue.Nobilitas ſola ẽ atq; unica uirtus. Stẽmate q; thuſco.ra.mil.du.nã multi gradus.& ueluti rami ſũt ppinqtatis ĩ affinitate & cognatiõe diſpoſiti. Stẽmate thuſco a nobilitate thuſca:nã Thuſci a thuſco rege filio Herculis fũt dicti auctore Feſto nobiliſſimi pp originẽ ſũt habiti:nã & Lucumões reges hẽbant:& maximã oĩ Italiæ ſuperauerãt partẽ hinc Porſena rex:& Mecœnas Auguſti temporibus:de quo Hora.Non quia Mecœnas lydorum qcqd etruſcos Incoluit fines:nemo generoſior eſt te:& alibi Mecœnas attauis edite regibus: Stemmate:ſtemma:græce:latine corona dicit: a ſtephano quod eſt corono:unde a latinis id uerbum uſurpatũ eſt pro ſtatuis maiorum:quæ in Atriis expreſſis:ut ſcribit Plinius cera uultibus diſponebantur ſingulis armariis imagines excipiẽtibus:ut eſſent imagines quæ comitarentur gentilicia funera:Semperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius:qui unquã fuerat populus.Stẽmata uero lineis diſcurrebãt ad imagĩes pictas.De hoc ita meminit Suetõius in Nerone Caſſio Lõgino iuriſcõſulto ac luminibus orbato:q; in uetere gẽtili ſtẽmate Gaii Caſſii pcuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet.Idem in Galba Imperator uero ẽt Stẽma in atrio propoſuerit:quo Paternã originẽ ad Iouem:maternam ad Paſiphæm Minois uxorem referret.

BAR.FON. Sonat uitiũ:optia ſimilitudine uaſis cõfecti a figulo uſus ẽt in qua diligẽtiſſime uerba ſimilitudini accommodata ſubiunxit. Nunc nunc properandus:dum tener & mollis es: & in quãcunque partem faciliter flecti poteſt. Sine fine:non quia exitus nullus futurus ſit: ſed ſine intermiſſione temporis donec ad finẽ pducaris. Sed rure paterno:reſponſioni quã facere aduerſarius poſſet:occurrit ſibi ſtudiis uigilãdũ nõ eſſe? qm̃ diuitiarũ ſatis hẽret. Modicũ far:ad mẽſurã & modũ:& quãtũ ad uiuendũ ſufficiat. Salinũ: hic p uaſculo domeſtico ſalis poniẽ:ut apud Hora.Splẽdet ĩ mẽſa tenui ſalinũ:pprie ãt patella eſt:ĩ qua primitiæ diis cũ ſale dabanẽ.Quid metuis? multi.n.metu ne ſibi neceſſaria deſint:maioribus opibus ſemp ĩhiant. Secura patella:quæ te ſecũ reddat.Eſt autẽ diminutiuũ a patina: quo uaſe ad ſacra ueteres utebanẽ.Cice.de finibus: Quoſdã ita nõ religioſos eſſe tradit:ut ẽt de patella edãt.Apud Liuiũ quoq; legiẽ: Prẽs ſacrorũ cã patellã retinuiſſe. Hoc ſatis:oſtẽdit nõ ſatis eſſe tãtũ fortunarũ habere·quantũ ad degendã uitã ſufficiat: cũ recte uiuẽdi modus & ſciẽtia quærenda ſit. An deceat pulmonẽ rũpere uentis? an te inflare ſupbire q; deceat q; generoſo ſanguine clarus ſis. Stẽmate q; tuſco ramũ mille.du.ſtemma græce corona ẽ & a noſtris p nobilitate generis poniẽ.Iuue.Stẽmata quid faciunt:quid prodeſt pontice longo.Sanguine cenſeri.Apud Romanos autem ut ſcribit Pli.Expreſſit cæra uultus ſingulis diſponebantur armariis:ut eſſent imagines quæ comitarentur gẽtilitia funera:ſemperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius qui unquam fuerat populus. Stẽmata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas:

Cenſoremq; tuum : uel quod trabeate ſalutas?
Ad populũ phaleras: ego te ĩtus & in cute noui
Non pudet ad morem diſcincti uiuere nactæ
Sed ſtupet hic uitio:& fibris increuit opimum
Pingue:caret culpa:neſcit quid perdat & alto
Demerſus ſumma rurſus non bullit in unda

IOAN.BRI. Cenſoremq; tuum:cenſura auctore Plutarcho maxime omne magiſtratuum reuerentiæ eſt:plurimæq; poteſtatis cum ĩ aliis rebus:tum maxime ad morum emendationem:Nam e ſenatu remouere poteſt:equitibus auferre equos: notare ĩ famia.cenſum agere unde nomen.luſtrum condere.In quinquennium ea retinebatur.Altero ex Cẽſoribus mortuo alterũ magiſtratu ſe abdicare oportebat. Trabeate.Neronem notat:ſed lateter.Nãm ei conſtat:ut ſcribit Tacitus & a nobis latius in Satyra ſequẽti recitabitur:togam uirilem ante tempus decreto ſenatus maturatam:quo capeſſendæ reipũ.habilis uideretur:decretũ inſuper:Claudio libenter adulationibus ſenatu cedente:ut uiceſimo ætatis anno conſulatum Nero iniret.atq; interim deſignatus proconſulare imperium extra urbem haberet:ac princeps iuuentutis appellaretur: additum nomine eius donatiuum militi:Congiarium plæbeis:& ludicro circenſium:qd acquirendis uulgi ſtudiis edebatur.Britanicus in prætexta:Nero triumphalium ueſte tranſuecti ſunt: ut ſpectaret populus hunc decore imperatorio: illum pueri habitu.Hinc ergo excandeſcit pocra:hinc fremit oſtendens animi generoſitate:non autem imperatoriis ornamẽtis nobilitatem hominis cenſeri:quibus rebus Nero populo ſe oſtendebat:trabeate.Vocatiuum poſuit pro nominatiuo:ut ſit Trabeatus ſalutas. Trabeam ſatyrica aſtutia appellat ueſtem triumphalem:ne in principem tam aperte inuehi uideatur. Trabeis accipio inquit Plinius uſos fuiſſe reges:ſed argurũ fuiſſe interprete Seruio docet Virgilius.Ipſe quirinali lituo paruaq; ſedebat Succinctus trabea:augures ex primoribus preſtãtioribuſq; urbis eligi conſueuerunt:unde Gigloriatur in bruto ſe a.Qu.Hortenſio uiro clariſſimo in collegium augurum fuiſſe cooptatum. Quintum quoq; Mutium ſæuolam augurem fuiſſe conſtat:quem in templo ueſtæ ara ipſam amplexantem Syllani interfecerunt:augur licet maximorum criminum conuictus ſacerdotio nunq; mulctatur: quia nõ honoris nec ma

giſtratus:ſed ſcientiæ atq; artis cuiuſdam potius nomē eſt augur:quæ nō poteſt auferri:ſicut nec medico medicina:nec muſico cantandi peritia. Salutas:ad id nō ſine indignatiōe reſpexit:quod ludicro circenſium Nero obuius Britānico ueſtem triumphalē indutus eum nomine ſalutauit:cum & ipſe a Britānico nomine ſalutaretur. Ad populum phaleras:Senſus ergo eſt.Hos tuos fauſtus & ueſtes tuas:ideſt inſignia imperatoria quibus te oſtentas ad populum defer:q ut ait Hora.Famæ ſeruit ineptus:Q ui ſtupet tituliis & imaginibus Ego enim te penitus noui.q.d.Ex hac ambitiōe nobilitatem hominis non pendere. Phaleras:nobilitatis oſtentationem:ſumptum ab equis qui huiuſmodi ornamentis gaudent.Iuue.Magnorum artificum frangebat pocula miles:Vt phaleris gauderet equus:nam phaleræ proprie ornamenta ſunt equorum.Virgili.Primus equū phaleris inſigne uictor habeto. Non pudet:mirus eſt ardor poetæ.Non putas tibi turpe eſſe more nactæ inſani hoīs uiuere:ideſt nullā uirtutis prorſus curā habere:ſed ſola maiorum tuorum gloria efferri. Nacte nomen nomen eſt uiliſſimi hoīs:de quo Horatius:Vngor oliuo:Nō quo fraudatis immundus nacta lucernis. Diſcincti:diſſoluti & intēperantis. Perſius alibi.Cum bene diſcincto cantauerit ocyma uernæ. Sed ſtupet hic uitio:dum nactam excuſat qui uitio naturæ peccat:oſtendit eorū excuſationē accipiendam nō eſſe:qui optima mentis ualitudine uirtutem negligunt. Stupet:attonitus eſt:attonitos enim appellat Cornelius Celſus:quorum & corpus & mens ſtupet.fit interdum ictu fulminis:interdum morbo. Vitio ſubaudi naturæ. Fibris increuit opimū pingue:nam minus follertes habentur:quibus:ut ſcribit Plinius:uenter eſt obeſus. Summa rurſus nō bullit in unda.metaphora ſumpta ab hiis:qui ſemel aqua immerſi: non facile emergunt:per quod docet eos:qui uitio naturæ laborēt non poſſe ad ſanam mentem reuerti.

BAR.FON. Cenſorēq; tuū:uel q. trabeate ſalutas:uel q. trabeā inſignē ueſtem indutus cēſorem gētilitium tuum ſalutas:Cenſores uero quoniam cenſum agerent:appellati in quinquennium creabantur:Q uod tēpus luſtrum cognoīatur.Primi uero cenſores creati ſunt.C.Papirius &.A.Sempronius.M. Geganio macerino &.T.Quinrio Capitolino conſulibus. Ad populum phaleras:hāc tuam generis claritatem & externa ornamenta populo nō mihi oſtentes.ego enim te intrinſecus uitiatum eſſe cognoſco. Faleræ autē ornamenta equorum ſunt.Diſcincti nacte:diſcinctos antiqui negligētes & deſides appellabāt.Horatius:Diſcinctus aut perdam nepos:contra accinctos & cinctutos ſolertes ſtrēnuoſq; uocabant:quod a re ipſa deductum eſt. Molles enim demiſſis diſcinctiſq; ueſtibus uti ſolēt.ſtrēnui uero atq; induſtrii:quo ſint ad res exequēdas prompti ores ſuccincti incedūt.Nacta uero prodeſide infamiq; ac uulgari utro ponitur:quod quidem ex Horatio ſumptum eſt.Vngor oliuo Non quo fraudatis immundus nacta lucernis. Sed ſtupet hic uitio:nactā ipſum uitiorum in gurgite merſum:neq; uirtutem a uitio diſcernētem:ut qui penitus intemperans factus ſit:culpa propemodum carere aſſerit:quoniam quid perdat ignoret:per quod oſtēdit eum acerrima caſtigatione dignū eſſe: qui quum ingenio ualeat:incōtinenſq; tantummodo ſit:atq; emendari facile poſſit opibus:ac fama adhuc integris deſidiæ luxuiq; ſe dedat. Sed ſtupet hic uitio:ſtupidus & inſanus in uitiis factus eſt.Stupere.n.quodammodo ſenſum rerum habere ſignificat. Et fibris increuit opimum pingue.eius præcordia:in quibus propter calorem ſcientiæ ſedes locata eſt:quum pinguia eſſe dicat:mirum in modum inſaniam eius exaggerat. Et alto demerſus:& tanquam in profundam uoraginem merſus nunquam ad ſuperiora reuertitur.

IOAN.BRI. Magne pater diuū ſæuos:exclamatio ē poetæ in eos q nulla uirtutis uia incedūt:totus tñ fremitus in Neronē fertur:q oi libidinis genere ætatē ſuā exercuit:ut auctore Tranqllo:petulantia:libidīe:luxuria:auaritia:crudelitate flagraret.ſed ne in principē inuehi uideatur:generaliter omnium principum ſæuitiā inſectatur.Precatur igitur deos:ut uirtutum contemptores nulla alia pœna afficiāt: quam ut uirtutem cōtemptam cognoſcant:& ſic dolore neglectæ uirtutis angantur:quæ homines ex ſtoicorum ſententia beatos & fœlices efficit. Libido:omnis immoderata cupiditas dicitur:Cui:ut Cicero in Thuſculanis ſcribit:ſubiecta ſunt:ira excandeſcētia:odium:inimicitia:diſcordia:indigentia:& cætera huiuſmodi: Mouerit ingenium: ideſt cum diu omnia libidinum genera exercuerit. Virtutem ut uideant:Subaudi quam. An ne magis: tacitæ quidem occurrit obiectioni:oſtendens eos:qui uirtute contempta turpiter uixerunt:grauiori quidem pœna affici conſcientia uitæ turpiter actæ:q̄ quos Phalaris & Dionyſius cruciarūt. An ne magis:id eſt nō magis quidem:Ordo eſt:æra ſiculi iuuenci gemuerunt magis: & enſis pendens laquearibus auratis terruit magis purpureas ceruices:q̄ ſibi indicat imus præcipites. Aera ſiculi iuuenci:ideſt hii qui per æneum Taurum Phalaride Agrigentinorum tyranno ſæuiſſime cruciabantur.Huic quum crudelitate & omni ſæuitia flagraret:Perillus optimus opifex: ſceleſto cupiens placere tyranno æneum Taurum conſtruxit:ut incluſus reus ſubiecto igne torquere tur:& uox hominis grauiter exclamantis mugitū bouis imitaretur. Cæterum Phalaris Perillum tanti muneris artificem incluſum ipſo Tauro primum graui ſupplicio mortis affecit. Eius ſic meminit Ouidius:Vt munus munere penſes.Da precor ingenio mūera digna meo.Dixerat & phalaris

Magne pater diuum ſæuos punire tyrannos
Haud alia ratione uelis:cum dira libido
Mouerit ingenium:feruenti tincta ueneno
Virtutem ut uideant:intabeſcantq; relicta
An ne magis ſiculi gemuerunt æra iuuenci?
Et magis auratis pendens laquearibus enſis
Purpureas ſubter ceruices terruit imus
Imus præcipites quam ſi ſibi dicat & intus
Palleat infelix:quod proxima neſciat uxor.

pœnæ mirande repertor: Ipse tuum presens imbue dixit opus? Pendens laquearibus ensis. Hic cruciatum tangit Demodis assentatoris Dionysii Siracusani: qui cū in sermōe cōmemoraret copias eius: opes maiestatē dominatus regis abuudantiā. magnificentiā ædiū regiarū: negaretq; unq̄ beatiorē quenquā fuisse: Visne igit̄ inquit tyrānus o Demode: quoniā te hæc uita delectat ipse eandē degustare: & fortunā experiri meā? Cū se ille cupere dixisset: collocari iussit hominē ī aureo lecto: strato pulcherrimo: textili stragulo magnificis opibus picto Abacosque q̄ plures ornauit argento: auroque cellato: tum ad mensā eximia forma pueros delectos iussit consistere: eosque ad nutum illius intuentis diligenter ministrare aderant unguenta: coronæ: incendebant̄ odores: mēsæ conquisitissimis æpulis extruebant̄: fortunatus sibi Demodes uidebatur: in hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti iussit ut impenderet illius beati ceruicibus. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat: nec plenū artis argentū: nec manū porrigebat īmensā. Iam ipse defluebant coronæ? deniq; exorauit tyrannū: ut abire liceret: q̄ iā beatus nollet esse. Ceruices purpureas ī. Demodis cultu regio ornati. Imus imus precipites q̄ si sibi dicat: nūc ostendit cruciatū animi quo affligūt̄ ex uirtute neglecta: ita. n. dicere solēt dolētes. Imus imus p̄cipites. i. omni prorsus spe salutis destituti ferimur Sicq; docet longe grauiora esse mētis uulnera q̄ corpora. Vnde est illud. Oui: Mens est q̄ sentiat ictus. Quod pxima nesciat uxor: tanto dolore conficit̄: & pudore impedit̄ ob amissam uirtutē: ut iā cū uxore cōmunicare non audeat: sed intus tantum rumpatur.

BAR. FON: Magne pater diuū deū rogat: ut non alia pœna prauos afficiat: quā ut uirtutis fulgorē cernētes: illa se carere sua culpa cognoscant. An ne magis siculi gemuerunt æra iuuenci: Cruciatus corporis minores esse tormentis animi per cōparationē ostendit. Perillus autem athenienſis æreum taurum tanta arte fabrefecit: ut igne subito: qui eius in aluo includebatur: eiulans mugire putaretur. Hunc cum in Siciliā ad Phalaridē agrigentinorū tyrannū detulisset: tali munere Phalaris ob insitam opinionem crudelitatis suæ turbatus est. Itaque ipsum artificem in taurum trudi iussit: ut primus ariis suæ periculū faceret. Et magis auratis pendens laquearibus ensis Damodes philosophus Dionisii syracusarum tyranni opes ac potentiam cum extolleret: beatāque eius uitam in tanta opulentia regis asseret: eum ad cœnā Dionysius inuitauit. gladiūq; seta alligatū supra eius caput appendi iussit quo ille intercenādū cōspecto. præ nimio īminentis periculi metu regalibus mēsis abstinuit: qd aduertens Dionisius illi tyrannos identidē uiuere atq; inter magnificos apparatus īminētibus piculis cruciari affirmauit. Laquearibus aureis: laquearia paruæ quædā cōnexitates in cōtignatiōibus testudibusq; ædificiorū sunt q̄ uariis coloribus adornant̄ Vir. Pēdent lichni laquearibus aureis. Imus: imus p̄cipites: Ordo talis & sensus est: An magis affligit̄ q crudelissime a tyrannis torquet̄. q̄ q cōscientia sceleris agitatus ad seipsum intra se loqt̄. Imus imus p̄cipites nulla sallutis spe? Et an magis a tyrannis tortus cruciat̄: q̄ ille q infelix ac miser intus cōscientia eorū sceleris palleat: quæ fidissimæ uxori narrare nō audeat: Quibus uerbis ostendit animi tormenta omnis cruciatus corporis superare.

Sæpe oculos memini tingebam paruus oliuo:
Grandia si mollem morituri uerba catonis
Discere ab insano multum laudanda magistro
Quæ pater adductis sudans audiret amicis
Iure etenim id summū quid dexter senio ferret
Scire erat in uoto: damnosa canicula quantum
Raderet: angustæ collo non fallier orcæ
Heu quis callidior buxum torquere flagello
Haud tibi inexptū est curuos deprēdere mores

IOAN. BRI. Sæpe oculos: occurrit excusatiōi desidiosi: pbans: illū p ætatē nō peccare: q̄ uirtutibus nō inuigilet: sed p desidiā potius & negligentiā: qd dicit sibi euenisse: dū puer esset. Sensus ergo est. Ne se ad rhetores conferret sæpe cōsueuisse oculos oleo linire: ut uitio oculorū laborare uideret̄. Tingebā ungebā. Grādia si nollē. i. si rhetoricē discere nollē ex cuius præceptione discebāt declamare. Nā ī scholis rhetorū talis declamatio præponebat̄. Catone lōge melius fuisse mortē sibi cōscisscere: q̄ ī manū Cæsaris pnenire. Nā cū in Lybia duce Scipiōe ptes Pōpeianæ a Cæsare superatæ deleteq; essent Cato qui tūc uticæ cū parte exercitus se cōtinebat: accepto cladis nuncio: omnibus rebus diligētissime cōstitutis: liberis suis. L. Cæsari: qui tūc ei pro quæstore fuerat commendati & sine suspitione: uultu atque sermone: quo superiore tēpore usus fuerat: cū dormitū isset: ferrum intro clā in cubiculū tulit: atque ita se traiecit. Quem postea uticenses sepulchro splēdide mādauerūt: unde sibi post mortē uticensis cognomen adinuenit: de hoc multa Plutarchus: Cæsar: siue alius pro eo in cōmētarriis. Appianus. Lucanus. Grandia uerba: quæ erāt de nece Catonis uiri tam grauis & seueri: q̄ aūt hoc ad librū Platonis referas: quē ante necem ut scribit Appanus: legi non placet. Quid enī ad puerorū exercitationē ea cōferebant? sed ad declamationes: qbus ingenia adolescentiū exercebant̄. Catonis morituri: quē suadebant mori debere. Hæc enī erat ratio suasionis ī declamatione Disce ab insano multū laudanda magistro. Ordo: est. Si nollē discere uerba grandia morituri Catonis multū laudāda ab insano magistro. Laudāda: magistri enī discipulorū declamatiōes laudabant ut eorum ingenia excitarent̄. Insano ualde docto: nā in particula modo actiua est. Quæ pater adductis: nā patres gaudio affecti amicos domū ducebant: ut filios declamantes audirent Iuuenalis. Quantū uis stipulare & protinus accipe quod do: Vt toties illū pater audiat. Sudans: præ lætitia. Iure & enim summum: idest id præcipuum & potissimum erat in uoto & desiderio meo. Iure. q. d. legitima quidem ratione ludos sectabar pueri et cum puer essem: ut non sim accusandus: cum ætati imbecillæ obsequerer.

Dexter seuio:apud antiquos ludus erat Tallorũ & Thessararum. Tessera quattuor laterum erat. Talus sex in quibus pũcta erant denoiata:alia a diis:alia abHeroibus:alia a claris hominibus: aut a meretricibus non nulla uero a quibusdã nunc,in laudem:nunc in uituperationem accidentibus nomen accipiebant. & ut Pollux scri.pũctũ fuit:quod octo significabat:idq; stesicorum dicebatur:quoniam stesichori sepulchrum: quod erat in Himera urbe Siciliæ:octo angulorum fuit. Erat & aliud punctum:quod Euripidium dixerunt q; quadraginta significaret:quoniam uidetur Euripedes unus fuisse quadraginta præfectorum post triginta tyrannos athenis eiectos. Tessaras præterea cubos dici græce scribunt:& Gelius ex Varronis sententia:& Macrobius:quod Festus quoq; affirmat. Astragalos uero:latine talos uocari. Iulius tamẽ Pollux diligẽtissimus apd græcos scriptor ostẽdit Astragalũ Tessaram esse:cum ait duo latera esse in Astragalo: hoc est duo puncta:& quinq;:quæ in hoc:ut scribit nõ sunt ut in cubis. Tessaram autem talo inferiorem eẽ declarat Martialis:Non mea magnanimo depugnat tessara talo. Et alibi:Nõ sum talorũ numero par tessara:ut oio Astragalus tessara latine dici debeat:non talus: Dexter senio:propitius & utilis. Nã in talis senio & Venus lucrũ afferebãt. Canis uero damnũ & iacturã:unde Tranql. in Augusto talis iactatis:ut qsq; canẽ aut senionẽ miserat in singulos talos singulos denarios cõferebat in mediũ:quos tollebat uniuersos qui Venerẽ iecerat. Horati. Quẽ dãnosa uenus:quẽ præceps alea nudat. Dãnosa canicula quæ iacturã afferebat. Properti⁹:Sẽper dãnosi subsiluere canes. Raderet:auferret. Angustæ orcæ:in quã humi defixã pueri nuces iaciebant. Orca:genus uasis terrei: Buxũ:hoc est turbinẽ ex buxo:quo ludo pueri exercẽtur. Tibullus:Nãq; agor ut per plana citus sola uerbere turbo: Quẽ celer assueta uersat ab arte puer. Virgilius. Ceu quondã torto uolitãs sub uerbere turbo: Quẽ pueri magno in gyro uacua atria circũ: Intenti ludo exercẽt. Est enĩ turbo in modũ pilæ ligneæ:q ab ãgusto incipiẽs sursum uersus in latitudinẽ migrat:unde forma turbinata noiatur. Dicitãt & hæc buxus & hoc buxũ. Virgilius: Tympana uos buxusque uocãt berecynthia matris ideæ. & alibi. Et torno rasile buxum Flagello:crebra enĩ scuticæ percussione in gyrũ uertitur. Haud tibi inexpertũ:indignatur in desidẽ:dicens illũ excusari nõ posse:quãdo iã ea sit ætate:ut cognoscat quæ mala sint:& ea omnia quæ a philosophis disputentur. Inexpertum:incognitum. Deprehendere cognoscere. Curuos mores:uitia. Persius alibi. Apposita in rortos extendit regula mores:contra rectos mores dicimus:id est uirtutem.

BAR.FON. Sæpe oculos memini:se quoq; dũ puer erat utilibus salubribusq; cõtẽptis uoluptuosa & delectabilia quæsisse scribit. Verũ tacite ãnuit se tunc uenia dignum fuisse:utpote qui rerũ ignoratiõe uitio ætatis deliquerit. Sed cum ipse tã sæpe admonitus sit:ad eãq; rerũ cognitionẽ deuenerit:ut optĩe uitiũ possit a uirtute discernere:eum uenia dignum nõ esse significat. Oliuo:oleum oculis infusum quãdam hippitudinem representat:quã in filiis:dum parẽtes metuunt eos a lectione auertunt. Grãdia uerba morituri Catonis:Catoq uticẽsis cognomẽ:qa se uticæ interemit: adeptus ẽ:præfligatus sterũ ĩ Lybia:põpeiãis despatis ptibus mori decreuit. Lõga itaq; oratiõe de aiorũ immortalitate ad amicos habita:lectosq; de eodẽ Platonis libro:gladio se transfodit. In eius postea laudẽ Cicero librũ scripsit. Cæsar duos cõtra ĩ calũniam eius composuit. ãticationesq; appellauit:ut cum alii plures:tum Appianus secũdo bellorum ciuiliũ libro scribit:Insano magistro uale de sano ac docto. ĩ eũ præpositio iterdũ auget:ut Virg. Turnus ut ĩfractos aduerso marte latios. Que pater adductis sudãs audiret aĩcis. Solebãt parẽtes ut nomẽ filiis comparẽt ad eos cũ aliqd recitaturi eẽnt audiẽdos amicos cõuocare. Sudãs autẽ incertũ est:an sermõis magnitudine sollicitus:an metuẽs ne filius male recitet: an ob lætitiã apposite recitãtis:an forsitã ob laborem in amicis cõuocandis. Iure etenim:merito iure ait propter ætatem puerilem:quã ludicra magis q̃ grauia uirilia q; delectãt. Dexter senio & damnosa canicula:ĩ tali senio pũcta sex. Cãis uero unicum pũctum cõtinet:senioris ãt iactus perutilis. Cãis dãnosus erat: Proper. Sẽper dãnosi subsiluere cães. Angustæ orcæ:orca uas est fictile lato aluo:ãgusto ore ac fundo:lõgiori collo:in quam inter ludẽtes pueros qui nucẽ iniecissent uictor erat. Ab ea orcula diminutiũ deducit. Cato de re rusti. Cyminũ:feniculum:rutã:mẽtam in orculã cõdito. Ex ea quoq; nõnulli urceum atq; inde per diminutionem urceolũ dici uolunt. Buxum torquere: Turbinem ex busso in oui similitudinem toruatum dicit:de quo Tibullus:Nãq; agor ut per plana citus sola uerbere turbo:quem celer assueta uersat ab arte puer. Haud tibi inexpertum:bonarũ artium ad uirtutem ducẽtium nõ es ignarus:quibus uerbis ostẽdit: nisi desidiam euitarit: maiorem reprehẽsionem mereri:q̃ si litterarum & doctrinæ ignarus eẽt. Curuos mores:prauos atq; distortos. quæ enim recta sunt bona & utilia iudicantur.

IOAN.BRI. Quæq; docet sapiẽs porticus.i.philosophi stoici:q a stoa.i.porticu sunt appellati: Nã Athenis porticus erat:q̃ pysianactia uocabat: referta uaria & multæ sciẽtiæ pictura Polygnoti thasii in qua cũ diuersis tẽporibus iã mille quadringenti triginta ciues iterfecti fuissent: Voluit zeno locũ illum stabilem atq; inuiolabilem reddere. Quare cœpit in illa docere:ad quem eo audiẽdum discipuli consuẽtes qui antea zenonii dicebãtur:postea ab ipsa porticu stoici sunt uocati. Hæc Laertius.

Quæque docet sapiens braccatis illita medis
Porticus in sõnis quibus indetonsa iuuentus
Inuigilat siliquis & grandi pasta polenta.

Braccatis: braccas seri. Diodo. uestes eẽ: quas galli ad terrorẽ intõsas & uarii coloris ferũt: easdẽ græci eodẽ auctore Anaxiridas uocãt. Diodoro adstipulat Cornelius Tacitus ita scribẽs: At Cecina uelut relicta post alpes sæuitia ac licẽtia modesto agmiẽ p italiã iceſſit: Ornatũ ipi⁹ municipia & colõicæ ĩ suphiã trahebãt q; uersicolori sagulo: braccas: barbaq; tegmẽ idut⁹ rogatos alloq̃rẽt. Braccas itẽ uestes eẽ docet Sueto. i Cæsare cũ ait: Gallos cæsar ĩ tri

umphum ducit:idem in curia Galli braccas deposuerunt:latum clauū sumpserunt. Illita:picta:nā in ea porticu picta erat pugna Atheniensiū quā cōmiserant Duce Xerse cū Persis dicente Plinio. Pinxit Polygnotus & Athenis porticum:quæ poetile uocatur gratuito cū pater eius Mycon mercede pingeret: paneus quoq; frater phidiæ etiam prælium Atheniēsium aduersus Persas apud Maratonem factum pinxit. Adeo iam colorum usus increbruerat:adeo ars pfecta erat.ut in eo prælio Iconicos duces pinxisse tradatur:atheniēsium.Milciadē. Callimacum.Cynegyrum.Barbarorꝫ.Darium. Thyssaphernem.Medis:medorꝫ talis est situs:nā habent Parthos & Caspios ab ortu:a Meridie Sithacenen & Susianen & Persida:ab occasu Adiabenen: a Septētrione Armeniam Dicti autem Medi a Medo filio Medeæ:qui ut scribit Diodorus ibi regnauit. Indetonsa: idest non tonsa more Veterum. Virgilius. Ora puer prima signans intonsa iuuēta. Siliquis:Siliqua species est arboris quæ ut scribit Plinius nascitur in Syria:ioniaque:& circa Gnidū:atque in Rhodo semper conātibus foliis:flore candido:cum uehementia odoris.ea a ionibus ceraunia uocatur Trunco fertilis:sed Pomo siliquæ. Ob id quidam ægyptiam ficum dixerunt errore manifesto:cum in ægypto auctore Plinio non nascatur. Hic uero Poeta siliquas posuit pro leguminibus. Eæ enim generaliter significant tegumēta & folliculos leguminum & cæterarum frugum. Vnde Plinius Piperis siliquas appellat. Virgilius Geor. Grādior ut fœtus siliquis fallacibus esset. Et quanuis ignis exiguo properata maderent. Hoc autem dicit ex Pythagoræ sententia: qui cum sentiret animos hominum post mortem migrare in noua corpora uel hominum uel brutorum:a carnibus abstinendum esse suasit:ne scilicet edendo in animos humanos sæuirent: sed hortensibus tātum uescendū dicebat unde Iuuenalis. Viue bidētis amans & culti uillicus orti. Vnde epulum possis centum dare Pytagoreis:& idē alibi: Vel quo nō fugeret:si nunc hæc mōstra uideret: Pythagoras:cunctis animalibus abstinuit qui Tanq̄ homine:& uentri indulsit non omne legumen! Grandi:abundanti. Polenta pluribus modis fieri polentā docet sic Pli. græci perfusum aqua uordeū liccāt nocte una:ac postero die frigunt:deinde molis frangūt Sunt qui uehemētius tostū rursus exigua aqua aspgant:siccentq; prius q̄ molāt. Alii uero uirētibus spicis decussū ordeū recēs purgant:madidūq; in pila tundunt:atq; ī cordibus eluunt.ac sicatū fole rursus tēdunt & purgatū molunt. Quocūq; āt genere ꝑparato uicenis ordei libris:ternas seminis lini:& coriādri selibras: salisq; acetabulo torētes ante oīa miscent īmola. Qui diutius uolunt seruare cū polline ac furfuribus suis cōdunt nouis fictilibus: Italia sine pfusione tostū subtilē formā molit iisdem additis etiam Milio.

BAR.FON. Quæq; docet sapiēs brachatis illita medis porticus: Et plane philosophiæ:rectēq; uiuēdi præcepta cognosti:qualia Stoici docent. Athenis uero porticus stoa fuit:a qua & stoici:quoniā in ea cōuenire dissererēq; solebāt::sunt appellati. Hæc quōdā pesianactia dicebat ex uaria & multæ scientiæ picture Polygnoti teste Iaertio in Zenone In hoc porticu Darii Xerxisq; psarꝫ Medorꝫq; regis ī græciā transitus:& salaminium illud male proeliū:& turpis deinde fuga depicta erant Brachatis medis: brachas fœmoralia nō esse Galleotus martius recte sentit. Hero. de psis li. quinto Et genus pugnandi:eorū huiuscemodi est. Breues arcus:ac breuia spicula:longas brachas.longasq; in capitibus cristas:unde faciles captu sunt gerentes in pugnā eunt. Dio. quoq; ubi de galatis frigidis nationibus loquitur sexto uolumine:ita scribit: Vestes ad terrorē intōsas ac coloris uarii ferunt:quas illi uocāt brachas:uerꝫ ut de longitudine uestiū illi asseserim ita ex pellibus tantum fieri iure negauerī. Nā etsi in ponticis locis mala frigora hirsutis brachis arceri scribit Ouidius:non tamē ex pellibus eas fieri dicit:sed lōgioris uilli uestes intelligit:ut paulo antea ex Diodori uerbis precepimus qui intonsas brachas ad terrorem galatas ferre scribit. Præterea ī media India Persia calidis regionibus:in quibus brachis utuntur: ex pellibus.eas fieri non est credendū. Siliquis & grandi pasta polenta: Tenuisque uictu contenta Pythagoricam autem uitam describit:quæ cunctis animalibus abstinens liuuminibus & oleribus uescebatur. Polēta uero ut lib. octauo supra decimum scribit Pli. uicenis contursi ordei libris:terrasq; semini lini & coriandri selibra:salisq; acetabulo: milio interdum adito sit.

Et tibi quæ samios diduxit littera ramos:
Surgentem dextro monstrauit limite calem
Stertis adhuc: laxumq; caput cōpage soluta
Oscitat hesternum dissutis undique malis.

IOAN.BRI. Et tibi quæ samios diduxit littera ramos: Pythagoras p.y.litterā q̄ in duas ptes diuidit̄ significauit nobis duas esse ꝓpositas uias:quarꝫ dextra ardua & angusta nos ad uirtutē īuitaret. Sinistra uero lata & ampla uitiis pateret. Nā biuiū.y.litteræ ab āgusto īcipiēs iuuētutis speciē ptæfert:quo tēpore hoīes īcerti sūt uitiane.i.partē sinistrā:an uirtutē.i.partē dextrā sequant̄. De qua littera Virgilius sic

Littera pythagoræ discrimine secta bicorni Humanæ uitæ speciem præferre uidetur. Nam uia uirtutis dextram petit:ardua callem: Difficilemque aditum primum spectantibus offert. eam litteram aliqui philostrati auctoritate nixi Palamedem inuenisse crediderunt:q̄ cum olim in contione Achiui:Philostratus scribit sorent:atque ex consueto grues uolarent: Vlixes Palamedem respiciens ait. Grues Achiuis:ut testibus inuentionem sibi litteræ uindicant Cui Palamedes ego sane inquit litteras non inuenim:sed ab auibus inuentas fateor. Nam is:ut tradit Cornelius Tacitus:temporibus Troianis sexdecim litterarum formas inuenit. Achiuis Martialis respexit de Gruibus loquens Turbabis uersus:nec littera tota uolabit: Vnam perdideris palamedis auem:& Lucanus. Et turbata perit dispersis littera pennis. Sed.y.litteram Palamedem a gruibus inuenisse nec Philostratus nec Cornelius tradunt. Ego uero a Simonide medico.y. litteram inuentam credidero: nam ut Plinius scribit quattuor litteras inuenit Simonides ipsilon.zita.Capa.Omega. Ad quod tradit Cor

comitiali morbo laborare: sumptoq; heleboro liberatus ē. Hora. Nescio an antycirā ratio illis destinet oēm. Anticyra autē insula quæ olim ciparissus dicebatur: ut scribit Pausanias: sed mutato nomine anticyra ab Anticyro Herculis socio appellata est. Meracas: simplices & puras: nullo temperamento admixtas: a mero quod antiqui solum dixerunt. imitatio ē Horatii: Expulit heleboro morbum: bilemque meraco. Quo tibi summa boni: eum tantum abesse ostendit a uera uirtutum cognitione: & recta rerum publicarum administratione: ut interrogatus: quod summū in humanis putet bonum: uoluptatem respondeat. Quo tibi summa boni: interrogatio contumeliæ plena: quæ quidē eo tendit: ut eum arguat uirtutem penitus ignorare. Quo tibi summa boni: quod est summū bonum tibi: in quo putas summū bonum consistere: Quæstio subtilis: & a philosophis multum disputata. Vncta uixisse patella: Responsio eum indignum esse arguit qui publica negocia curet cum prætermissa uirtutis mentione laute uiuere summū bonū appeller. Quæ sententia Epicureis probatur. Vncta patella: cibis luxuriosis & delicatis. Semper: continuationem significat. Assiduo curata cuticula sole: suorum temporum mores notat: Nam antiqui & præcipue imbecilles stomacho antecibum exercebātur: eam exercitationem: ut Celsus scribit recte sequebatur modo unctio uel in sole: uel ad ignē: modo balneum. Descendebant enim in solium: tum multo oleo ungebantur: leniterque perfricabantur. unde Horatius. Vngor oliuo. & Persius infra: At si unctus cesses & figas in cute solem. Iuuenalis. Vestra hibat uernum contracta cuticula solem. Curata: mollitiem muliebrem notat in uiris.

BAR. FON. Scis etenī iustū: A trutina translatio cū aliquid perpenditur facta est. Rectum discernis: nosti etiam rectum ab intorto dignoscere: quod a fabris & architectis assumptū est. Et potis es nigrū uitio præfigere theta: & tantū auctoritate ac eloquētia uales: ut possis populo ac iudicibus persuadere aliquē ut uitiosum interimant Nigrum theta Tau T & theta græcorū litteræ sunt: sed Tau absolutionis signum: & salutaris nota est: ut in ezechiele legitur. Et signa Tau super frontes uirorū gementiū. Theta uero damnatiōis & mortis: Martialis: Nosti mortiferū questoris castrice signū. Est operepreciū discere theta nouū. Quin igitur: cuncta me superius narrata sunt facere nequeas: & extrinsecus cōptus atque decorus: intrinsecus uero turpis & malus: cur nō rempublicā gubernare ante maturū tempus desistis? Caudam iactare: blādiri & adulari: quod a cāibus tractum est. Blādo populo: Vel populo qui semper ditioribus & potētioribus blāditur: uel cui eblādiēdum sit in suffragiis & magistratibus demādādis. Anticyras melior sorbere meracas: Aptiores helleboro puris & simplicibus potionibus insaniam tuam purgare: q̄ per summā ambitionē āte tēpus temeritati populi subiicere: Anticyrā uero pro hellebero posuit: quoniā ī Anticyra maxime sumeretur. Helleborū enī: ut Strabo uolumīe. ix. scribit: q̄uis ī multis nascatur locis: tamē circa urbē Anticyrā in Phocide optīe præparat: quo frequētes olī aduenæ purgatiōis causa nauigabāt. Hora. Nauiget āticyrā. Quæ tibi summa boni? Interrogat qua in re summū bonū reponat. Vncta uixisse patella: putasne lauto paratu uiuere: corpusq; bñ curare sūmum hoīs bonū esse? Atq; hæc perinde ac si adolescēs ita dixisset: ponit.

IOANNES BRITANNICVS. Expecta: distigue: ut sit sēsus: certe si uolueris expectare & anū audire: inuēies eā nō aliter interrogatā respondere ex quo ostēdit eū nō minus insanū esse: q̄ anum decrepitā: anum enim est delirare. Hæc anus: satis lepide fingit poeta anum transire. I nunc: cum īdignatiōe & irrisione pronūciāda. Sensus ē. gloriare nūc te uirum esse nobilem & prudentem cum in uoluptatem summū bonum conseras: Sicq; philosophice poeta declarat heneris nobilitatem homini sapiētiam nō īgerere. Dinomaches ego sum

Expectata haud aliud rīdeat hec anus: ī nunc
Dinomaches ego sum: suffla dū cādidus: esto
Dum ne deterius sapiat pannutia baucis:
Cum bene discincto cātauerit ozima uernæ
Vt nemo in sese tentet descendere nemo:
Sed præcedentī spectatur mantica tergo.

callide poeta reprehēsionē cōuertit in Alcibiadem: ne ī principem īuehi uideatur: Nam ad historiam alludit. Alcibiades enim genus paternum: ut scribit Plutarchus ab aiace: maternum uero ab Almeonide: quem ex Dinomacha genitū aiunt: originem traxisse ferunt. Ait igitur poeta: dic nūc te esse nobilem: quia inter maiores tuos Dinomacha cōnumeratur. Dinomachus autem interpretatur fortis ī pugna. Dinos enī græce: fortis latine: machi uero pugna: Sicq; subsannat Neronē eius amētiam arguēs: qui ī maiorū nobilitate afferebatur: quū a Cæsaribus genus suū duceret. Suffla. Gloriare: ītumesce afferre tua nobilitate & aī præstātia. Sum cādidus: sum pulcher: hoc ad aīum rertulit: idest sapiētis sum aī. hoc enī gloriatur. Esto: cōcedo qdē te nobilē & prudētem esse: sed ita ut Baucis sapiētia te nō sit inferior: cum ita respōdeas. Pānutia: proprium est anibus pānutias. Vnde Terētius ī ādria: Suffarcinatā Cātaram. Baucis: ad eam alluſit: de qua Ouidius ī metamorphosi. Cum bene discincto cātauerit ocyma uernæ Vetulæ pauperes inopia coactæ res uiles uēdendas sē cōferūt: ut eo questu uiuāt: Baucis ergo īducitur pro omni uetula uēdente herbas odoratas ī foro olitorio. Cū bene cātauerit: idest elata uoce uendiderit: nā cātare est alta uoce loq: ut alibi: Me moueat quippe & cantet si naufragus. Ocyma: Ocymum herba est odorata hortēsis: dicta ab ocys: quod est cito: nam celeriter crescit: id grauiter Crysippus īcrepuit īutile esse dicēs stomacho: Vrinæ: oculorū quoque claritati. Præterea insaniam facere: & Letargicos & iocinoris uitia. ideoque capras id aspernari: quidam adiiciunt tritum: si operiatur lapide: scorpionem gignere. Commanducatum & in sole positum uermes afferre. Alii uero si eo die feriat

quiſpiam a ſcorpione:qui ederit ocymum:ſanari non poſſe.Ocymum etiam genus pabuli ſimiliter a græco uerbo ocys quod ualet cito:Hoc amplius:ut ſcribit Varro:dictum ocymum quod citat aluum bubus: & ideo iis datur ut purgentur. Vernæ.Appellarunt Antiqui uernas ex ancillis Romanorum ciuium uere natos: qd tempus anni maxime naturalis fœturæ eſt. Diſcincto:intemperanti:diſſoluto:Alibi Perſius. Non pudet ad morem diſcincti uiuere nactæ. Martialis:uernaculorum dicta. Horatius:uernaſq; procaces poſco libatis dapibus. Vt nemo in ſe ſe tenet deſcendere nemo.Hactenus in neronem inuectus eſt: Nunc uero eos ſatyrica indignatione inſectatur:qui in alios dicere & aliena uitia cognoſcere gaudent:cum de ſeipſis nihil quærant In eos ita inſurgit Horatius.Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum.Q uam Aquilia aut ſerpens epidaurius? Vt nemo.Eclipſis Subauditur dignumne putas:Vel unde eſt.aut aliquid tale non interrogantis eſt:ſed iraſcentis & admirantis. In ſe ſe tenet deſcēdere.Ad uitia ſua pernoſcenda. Sed præcedenti aſpectatur manctica tergo.Hoc aūt ſumptum eſt Auctore Acrone ex Aeſopo Fabulatore qui unumquenque ſcribit duos ſaculos plenos uitiis ſecum ferre: & ī eo qui ante pectus pendet aliena uitia eſſe:in eo uero qui a tergo noſtra.Ex quo euenit:ut noſtra non uideamus ſed quid ſequatur cōſpiciat. Vnde Horatius.Dixerit inſanum qui me totidē audiet:atq; Reſpicere ignoto diſcet pendētia tergo:Hincigit̄ indignat̄ Poeta neminē eſſe qui uitia ſua cognoſcat:ſed aliena ſemp. Mantica:ſaculus ſcorteus ad ſarcinulas ferendas accōmodatus.Lucilius.Mantica canterii coſtas grauitate præmebat.Hor.Mantica cui lumbos onere ulcerer:atq; eques armos.

BAR.FON. Expecta.Indignatū diſcedentēq; iuuenem remoratur.I.nunc:Poſtq̄ eum admonuit:pretereūtem aniculam non aliter reſponſurā fuiſſe:et poteſtatē eundi facit.Dinomaches ego ſum:ſubiratus Alcibiades quod eū ſocrates illi anicule comparit ſe a Dinomache clariſſima fœmina multū ab anu illa diſſimili genus ducere:ac propterea ſe nobilē eſſe magna cū indignatione pnunciat.A Dinomache uero maternū genus Alcibiadi:Plu.auctore fuit. Suffla ſeparatim legendū eſt:qd a uentoſoꝝ hominū cōſuetudine ſūptū eſt:qui buccas ī flare ſpiritūq; emittere ſupbientes ſolēt. Sū candidus:ſe quoq; a pulchritudine cōmēdat. Eſto cōcedat̄ te generoſū formoſūq; eſſe dūmodo baucis ĩterrogata qua ī re ſummū bonū eſſe exiſtimet:deterius te nō reſpōdeat qui illud in bonis tantū fortunæ ac corporis poſuiſti. Nō deſunt q aliter ordinēt.I nūc.o.alcibiades & extolle aciacta te:qd & a Dinomache genus trahas & formoſus ſis. Baucis:Inopis atq; ignobilis fœminæ nomē eſt:quā pannutiā uilibus pānis indutā uocat. Diſcincto uernæ deſidi a luxurioſo. Vernæ autē ex ancilla domi noſtræ geniti ſerui ſunt a uere denominati:quoniā id anni tēpus fœturæ:ut ait Feſtus: maxime conuenit. Cantauerit: uel alta & clara uoce:ut moris eſt olera p urbē uendentiū exclamarit:uel ut bene uendat laudauerit:Horatius laudat uenales qui uult extrudere merces. Ocyma.Ocymum herba hortenſis eſt quod cito naſcatur dictum ut ſcribit Varro.Ocys enim græce:cito latine ſignificat.Diſcinctorum autem & mollium uirorum eſt:eiuſmodi bene olentes herbas manu geſtare. Vt nemo in ſe ſe tentat deſcendere:nemo cū admiratione legendum eſt:meminē ſua uitia reputare cū aliena diligentius perſcrutetur. In dictione aūt nemo: eōdupli catione utitur:ad maiorem admirationem affectuſque ſui expreſſionem in legentium animis ĩprimendam. Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.Sed aliorum ſemper uitia cernimus. Ab æſopo ſcribitur duas mātica homines habē:unamque præ ſe:alteram poſt ſe ferre.Aliorum uitia in anteriorem immittimus. Atq; iō aliena facilius cernius.Noſtra uero ī poſteriore mātica reponētes:ea ĩſpicere negligīus.Catullus:ſed nō uidemus mātice qd ī tergo eſt.Itē Hor.ī ſermonib⁹.Reſpicere ignoto diſcet pēdētia tergo. Eſt aūt mātica nūmorū receptaculū:ut Aſconius uerrinā refert:quæ tamē pro pera interdum Porphirione auctore ponitur.

Q uæſieris noſtin uectidi prædia: cuius
Diues arat curibus: quātū non miluus oberret
Hunc ais? hunc: diis iratis:genioque ſiniſtro
Q ui quandoq; iugū pertuſa ad compita figit:
Seriolæ uetetis metuens deradere limum
Ingemit hoc bene ſit tunicatū cū ſale mordens
Cepe:& farratam pueris plaudentibus ollam:
Pannoſam fecem morientis ſorbet aceti.
At ſi unctus ceſſes:& figas in cute ſolem
Eſt prope te ignotus cubito qui tangat & acre
Deſpuat in mores:penemq;:arcanaq; lumbi
Runcantem:populo marcētes pādere uuluas.

IOAN.BRI. Q uæſieris:noſtin uectidi prædia. Malitiā hominū exprimit:quibus ſumma ſemp eſt uoluptas alienos mores notare. Q uæſieris.Secū dā perſonā pro tertia poſuit.i.aliquis quæ ſierit forte. Noſtin? pro noſti ne. Vectidi prædia.Vectidium poſuit pro uiro diuite. Cuius.Interrogatio interrogati. Diues arat Curibus.Subaudi illius qui uerba ſunt interrogantis.Curibus.Cures urbs quōdam Sabinorū inſignis nunc autē uiculus.Hinc qui rites ut diximus appellantur. Oberret. Volando circueat.Ob.n.alias ponit̄ pro circum:ut cum dicimus urbem obſideri obuallari obſignare:alias in uicem præpoſitiōis q̄ eſt propter:ut ob merita: ob ſuperatos hoſtes unde obſides pro obſides:qui ob patriæ præſtandam fidem dantur:alias pro ad ut Ennius:ob romam noctu legiones ducere cœpit hoc imitatus eſt Iuuenalis.Tot miluos intra tua paſcua laſſos. Hunc ais? interrogatio interrogati: Hunc uerbum interrogantis:qui more malignitatis humanæ ad aliena uitia notanda fertur. Diis iratis: aduerſis:quia auare & perparce uiuat. Genioque ſiniſtro:is ſiniſtro genio uiuere dicitur:qui naturam ſuam duriter uiuendo defraudat:unde contra:is dicitur:genio indulgere qui uoluptati operam dat: ut alibi:In

dulge genio. Virgi. Et genialis hyems: i. uoluptuosa. Qui quãdoq genũ ptusa ad cõpita figit: Sensus c̃: hic qdẽ: cũ festa cõpitaliũ uenerint: qbus maxie rustici lautioribus cibis uti solẽt: nõ audet unũ: quod iãdiu seruauit attigere: sed acetũ tm̃ bibit: & cepas comedit. ordo c̃: Hũc dico q diis iratis & genio sinistro igemit metuens deradere limũ ueteris ferrolæ qñ figit iugũ ad cõpita pertusa. Quãdoq: q uacat: ut sit: quotiẽs figit. Ad cõpita: rustici finitis satiõibus in cõpitis. ibi aratris suspensis sacrificia celebrabãt magna animorũ relaxatione: eos ludos magistri uicorũ: ut scribit Asconius facere consueuerũt: is autem dies annalis non statut⁹: erat attributus: ut Varro tradit laribus: quotannis is dies concipiebatur: compita aũt dicta q ubi uiæ cõperũt tũc i cõpitis sacrificatur. Pertusa: trita & conculcata. Figit: suspẽdet. Seriolæ: diminutiuũ est a seria: genus est uasis terrei. Terẽtius: Serias oẽs releui: Deradere limũ: aut picẽ: aut gypsum quo uasa uinatia obturabãtur. Ingemit: ob auaritiã. Hoc bene sit: prouerbiũ apud antiquos: sicut & dii bene uertant: sic enĩ dicunt: qui ueluti rem magnã & inusitatã aggressuri sunt: ergo & auarus ueluti rem magni sumptus cœnaturus hoc dicit. Et farratã ollam: id est pultem ex farre: primus enim auctore Plinio fuit antiquis latio cibus: nam pulte & non pane longo tempore Romanos uixisse manifestum est: quoniam inde & pulmentaria hodie quoq dicuntur. & Ennius antiquissimus uates obsidionis famem describens: offam eripuisse: plorantibus liberis patres commemorat. & sacra prisca atq natalium pulte fritilla conficiuntur. Pueris: aut filiis: aut seruis. Plaudentib⁹: hinc hominis auaritiam ostendit: cum farre tantum & cepis & aceto pueri contenti sint. ex quo apparet alias auarius uiuere: morientis aceti: languidi: non mordacis. At si unctus cesses: perseuerat exprimere iniquitatem hominum uitia aliena culpantium: sensus est: Si inquit aliquis oleo ungatur stans ad solẽ: non deest: qui statim illum subsanans cubito se tangat. Si cesses: ociosus fueris: pro siquis cesset: ut supra: q̃ fieris: pro quæsierit. Et figas in cute solem: antiqui: ut diximus: ante cibum exercebantur: eam exercitationem: auctore Celso recte lequebãtur modo unctio uel in sole: uel ad ignem modo balneum. descendebãt enĩ in solium: tum multo oleo ungebantur: leniterque perfricabantur. Est prope te ignotus cubito qui tangat: hinc apparet homines ad aliena uitia cognoscenda ualde promptos esse: æmulatio est horatiana: Nonne uides aliquis cubito stantem prope tangens inquier. Tangat cubito: modus est latenter ostendentis quẽ probet peccare. Et acre Despuat in mores: tanquam in contemptum rei turpis: tractum ex hiis: qui ex olfactu rei putidæ expuunt. Tibullus: Hunc puer: hunc iuuenis turba circũterit arcta: Despuit in molles & sibi quisq sinus. Penemque: satyrica urbanitate dum eos reprehendit: qui aliena uitia subsanant: suorum temporum mores notat: illos percutiens qui obscœne turpissimeque uiuunt. In mores: in uitia. Penemq: Hæc cum superioribus coniunguntur: ut sit sensus: Si tibi ex inguinibus euulseris pilos aderit qui te contemnat: repetit igitur est qui despuat: ut sit ordo: est qui despuat in runcantem penem & arcana lumbi. Runcantem: metaphora sumpta ab agris: qui runcari dicuntur: hoc etiam Martialis uitium notat: Cum depilatos creste coleos portes: Et uulturino mentulam parem collo: Et prostitutis leuius caput culis: Iuuenalis: Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum: Squallentes traducit auos. Penem: penis a pendẽdo dicitur: nam penem auctore Festo caudam uocabant: unde offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant. Arcanaq: lumbi: id est pudibundas corporis partes. Populo marcentes pandere uuluas: cinædos & molles describit: q muliebria patiuntur. Pandere: aut uerbum pro participio est: idest pandentem: aut sic intellige: Runcantem pandere uuluas: idest runcantem & depilantem podicem: ut eum pandat & præbeat multitudini. & hæc melior est expositio. Vuluas marcentes: idest podicem in quo ea fiunt quæ in uuluis. Vuluas: uulua a poetis crebro p genitali parte muliebri usurpatur: Cum proprie uulua illud sit in utero mulieris quo infantes gestantur. Cornelii Celsi uerba subscribere placuit. Si infans in uulua decessit: quo facilius eiiciatur. Cui ita adstipulatur Plinius. Boues grauidas negant: præterq̃ dextero uuluæ sinu ferre: etiam cum geminos ferant. uulua etiã pro ea parte accipitur a Martiale: quæ circa ubera porcæ est: quæ est optimi saporis: Te fortasse magis capiet de uirgine porca: Me materna graui de sue uulua capit: ea ut scribit Plinius enecto partu melior est q̃ edito. Eiectitia uocatur illa: hæc porcaria. primiparæ suis optima: eadẽ etiam sumen appellatur.

BAR: FON. Quæsieris: exemplo probat neminem uitia sua inspicere: cum alica linceis oculis plane cernat. Dicit enim: si quæsieris ab aliquo an Vectidium norit: statim ut ille se eum cognoscere dixerit: eum auaritiæ argues. Cuius: eius qui interrogatur an Vectidium nouerit: responsum est quærentis: quẽ Vectidiũ dicat. Plures enim eodem nomine uocabantur. Diues arat: respondet interrogator eum se Vectidium dicere: qui multa prædia curribus arat. Quantum non miluus oberrat qui tot agri iugera in sabinis arat: quot miluus non circunuolet. Iuuenalis: Tot miluos intra tua pascua lassos: Hunc ais: interrogati responsio. Ais ne hunc Vectidiũ: quasi ostẽdat se eũ probe cognoscere: hunc dis iratis: qui primum de uectidio quærere cœperat. hæc omnia quæ sequuntur de eo enumerat. Hunc Eclypsis figura est. Dico enim uerbum extrinsecus ẽ

Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit: qui ita auarus est: ut arando etiam in compitis aratrum figat: atque aliquam partem attritæ uiæ aratione comminuat. Sunt qui ad compitalia referentes dicant eum ita auarum esse: ut cũ compitalia sacra fierent: cæteris feriatis ipse anteq̃ ad sacra pergeret: terram araret: atque subinde cum bobus & aratro ad sacrificium post orationem accederet. Pertusa compita: frequentia hominũ pedibus attrita sunt enim compita loca: in quæ multæ uiæ competant. Seriolæ ueterem metuens deradere limum hominis auaritiam in maximo artificio uerborum expressit. Ostendit enim eum non audere: ne parum quidem uini cadum repleret: quod multos annos ob auaritiam in cellario seruarit. Veterem limum: id est uasa: uel argilla: quam nunc ipse poeta limum appellat: uel pice uel rasina: uel gypso obturabantur.

Hoc bene ſit. Verba hæc tãquã a uectidio dicta ponunt. Nã cũ ueteris uini eadũ regypſare nõ auderet: aliud deterius uinũ potans: q̃ſi p auaritiã ingemiſcens ſi melius uinũ aſſumeret: deterrimo uino ſumpto hoc bene ſa tiſque dicebat. Tunicatũ cepe: qd tunicas multas circũ ſe hẽt. Ollã ferratã. Ollã farre plenã: quo cibo pueri nimis parco uictui aſſueti: tãquã lauto & opiparo lætabant. Morientis aceti: deficientis: acrimoniaq; carẽtis q̃to enim acrius tanto melius acetum eſt. At ſi uictus ceſſes: quemadmodum ĩquit tu Vectidii auaritiã repræ hendiſti ſic aliquis ſi mollis deſeſque fueris te reprehendet. Et figas in cute ſolẽ: fricando enim corpus atque unguentando ad ſolem cutis penetratur. Ignotus: quem ipſe non uideas cum a tergo prope te ſit. Cubito qui tangat aliquem cui uitia tua palam faciat. Et acre deſpuat in mores: acriter inuehatur in mores tuos. Pe nemq; arcanaq; lumbi runcantem: i. uellicantem ac depilantem uirile membrum: & obſcoenos locos quo gla bes & ſine pilis circa inguina ſis. Runcare aũt a ruſticis trãſtulit: cũ herbas frugibus noxias auellere atque ſarri re ſignificet. Marcentes pandere uuluas: ut pandas ac prebeas. uulua uero mulieris tantũ eſt: ſed propter coitũ ſatyrica mordacitate cinædi podicẽ uuluæ munera peragentem uuluam appellauit.

Tu cum maxillis balanatum gauſape pectas
Inguinibus: quare detonſus curgulio extat?
Quinque palæſtritæ licet hæc plãtaria uellant.
Eliſaſque nates labefactent forcipe adunca.
Non tamen iſta filis ullo manſueſcit aratro.
Cædimus inque uicẽ præbemus crura ſagittis.

IOAN. BRI. Tu cũ maxillis balanatũ gauſape pectas? hæc uerba ſunt eorũ q aliena uitia notantes ita dicũt: qua ratione femora & partes pudẽdas rõderi iubes: cũ barbã prolixã & unguento delibutam geſtes & nutrias? Sicq; poeta obſcenos ſui tẽporis mores carpit. Gauſape: pro barba poſuit. Imitatio eſt Virgilii qui ueſtẽ barbã dixit. Aurea cæſaries ollis atq; aurea ueſtis. unde contra inueſtes imberbes dicimus: Virgi. Tum mihi prima genas ueſtiebat flore iuuentus. Gauſape: genus eſſe ſtramenti uilloſi indicat Plinius quo in caſtris utebant. Sic enim ſcribit: antiquis torus e ſtramento erat: qualiter nũc etiã in caſtris gauſape: & mox ſubdit: nã tunica laticlaui in modũ gauſape texi nunc primũ incipit: Ouidius in arte amãdi ueſtẽ craſſiorem oſtendit eſſe: cũ ait: Gauſapa ſi ſũpſit gauſapa ſũpta proba: de iis autẽ ſic ſcribit Strabo: Loci aũt mutinẽſes: & ſcutannæ adiacentis fluuio mollia: & longe aliis omnibus præſtantiora ferũt uellera: ligures aũt: & inſubres aſpera: e quibus magna italiæ pars domeſticis indumenta conficit: mediocria uero Patauini e quibus pretioſi tapetes & gauſapa texuntur: & hoc ſtragulæ ueſtis genus utrinque uilos eminentes habentis: uel una tantum e ſuperficie: bene igitur barbæ rem uiloſam comparauit. Balanatum: unguento balanino perunctum: nam ut ſcribit Plinius mirabolanus arbor eſt unguentis aptam ferens glandem: Idque Trogloydytis & Thebaidi & Arabiæ quæ Iudeam ab Aegypto diſterminat: commune eſt: naſcens unguento ut ipſo nomine apparet. Nam miros ſignificat unguentum: ualanos glãdem: quæ in Arabia naſcitur in ſyriaca appellatur & eſt candida. Quæ in Thebaide nigra: præfertur illa bonitate olei quod exprimitur: Sed copia Thebaica: inter hæc trogloditica utiliſſima eſt: unguentarii autem tantum cortices premunt: medici nucleos tundunt affuſa eis paulatim calida aqua: unguentorum expeditiſſimum fuit primumque e Brio & Balanino oleo Horatius: Et preſſa tuis balanus capillis. Curgulio: pro pene poſuit: ſumpta tranſlatione a curgulione qui in gulam creſcit & inflatur auctore Seruio eſt autem beſtiola frumentis inimica. Detonſus: ideſt ualde tonſus nam de modo auget. Quinque paleſtritæ: irriſio amaritudinis plena per quam & dementiam & turpitudinem oſtendit eorum qui partes obſcœnas corporis glabras tentant reddere cum a natura datum ſit: ut euulſi pili renaſcantur. Paleſtritæ: in paleſtra exercitati: quaſi qui fortiori ſint corpore aſſidua exercitatione. Nam paleſtra dici poteſt latine luctatio a palaio: ideſt luctor. Plutarchus loquens de Alcibiade qualis eſſet ludus declarat his uerbis: cum aliquãdo in palæſtra cum puero quodam luctaretur: iamque aduerſarius eũ ad terram deprimeret: uolens Alcibiades ignominiã uitare manum illius dentibus appræhẽdit. Virgilius. Pars in gramineis exercent membra palæſtris: Et alibi. Corporaque agreſti nudãt prædura palæſtra. Capitur ẽt pro loco ubi exercebãtur: ſic. n. ſcribit Varro. Nec putãt ſe uillam ſi nõ multis uocabulis retineãt græcis: quin uocent particulam loca: Procœconam: Palæſtram: Apodyterion: Peryſtilon: Ornytona: Periſtoreum: Oporothecen. Plantaria: pilos & bene. Nam plantaria ea dicuntur: quæ ex ſeminibus nata cũ radicibus & terra ꝓpria trãſferuntur. Virgilius. Viua ſua plantaria terra: plantæ uero ſunt raptæ ex arboribus. Virgilius. Hic plãtas tenero abſcindens de corpore matrum. Labefactent: metaphora ab arbore: quæ multis ſucciſa ictibus tandem ad terram propellitur. Forcipe: dicũtur forcipes: q̃ his forma: ideſt calida capiuntur: nã formum calidũ ueteres dixerunt: unde Cato ait de quodam ædificio: æſtate frigido: hyeme formo. Iſta: cum contemptu dictum eſt. Filix: pulchra uariatio: nam cũ pilos plantaria appellauerit: nunc uero filices nominat: filix autem herba eſt agris maxime inimica. Cædimus inq; uicẽ præbemus crura ſagittis: commune uitium hominum eſſe oſtendit: ut alter alterum notet. Cædimus: ferimus: percutimus: ab eo eſt præteritum cæcidi: & ſupinũ cæſum. Inq; uicem præbemus crura ſagittis. Horatius: At tibi contra Euenit inquirant uitia ut tua rurſus & illi: ſumpta eſt tranſlatio a ſagittariis.

BAR. FON. Tu cum maxillis: turpitudinem eius carpens interrogat cum barbam nutriat: cur inguina uellicet & abradat moris aũt ueterũ fuit barbã nutrire: cũ ante ſuperioris africani tẽpora tonſores in urbe non fuerint. Balanatum gauſape: Barba unguentata. Balanus enim inter precioſa unguenta ponitur. Horatius: Preſſa

tuis balanus capillis. Gausape uero militare stramẽtum ẽ:quod pro lecto in castris sternebatur. Pli.octauo Antiquis enim torus e stramento erat:qualis nũc ẽt in castris gausape:hoccũ uilloſum eẽt:a uillorũ :pilorũq; ſimilitudine gauſape pro barba poſuit.Detõſus curgulio:uia patens in gutture: per quã ſpũs attrahitur :atq; emittit:curgulio eſt:A cuius ſimilitudine in obſcœnis eã parte appellat:quæ a pene ad anum ẽ: p quã a lũbis ſemẽ hũanũ ut p curgulionẽ ſpũs fluit:qdã pro pene in curgulionis uermis formã uel ſe cõtrahente uel exten dente accipiũt. Nõnulli anũ ab aſpectus obſcœnitate intelligunt. Quinq; paleſtritæ:q̃uis quotidie te expi les:nõ tamẽ circa inguina glaber eris:quẽadmodũ nec filix ab agro penitus a ratiõe diuellitur.Plantaria:quo niã paleſtritæ uiri robuſti ſunt a paleſtra & luctatione cognoiati:propterea ne ualentibus uiris paulum quid uellẽdum daret:plãtaria per trãſlationẽ pro pilis dixit:Sunt aũt plãtaria ipſæ plãtæ non in arboribus:ſed in terra natæ:quæ cum radicibus & terra propria trãſferũtur. Eliſas:depilatas:& perpolitas.ui enim pili euellũ tur.Quidã elixas legũt:q̃ſi aqua calida madeſactas:ut pili facili⁹ uellicẽtur. Forcipe adũca:q̃ pili ipi auellũ tur. Forcipes enĩ quaſi foruicapes dictæ ſunt quaſi forua:hoc ẽ calida capiũtur.Virgilius octauo:Verſantq; tenaci forcipe maſſa:Forcifes uero ſunt qbus incidimus.Cædimus inq; uicẽ præbemus crura ſagittis.Et ipſi alios reprehẽdimus:& nos quoq; inuicẽ accu atiõi aliorũ ſubiicimur. Inq; uicẽ:Themeſis figura eſt quæ fit quotiens uerbum aliquod ſimplex uel compoſitum diuidentes: unam uel plures dictiones interponimus:ut ut ſeptem ſubiecta trioni.

IOAN.BRI. Viuitur hoc pacto: ut per ſupiora oñſum ẽ:ideſt ut notemus & notemur & cũ indigna tione pnũciãdũ. Sic nouimus:ideſt ita uiuere di dicimus. Ilia ſubter Cæcum uulnus habes:hacte nus in alica uitia cernẽtes iuectus ẽ:nũc uerò ſtulti tiam glorioſi hoĩs irridet:q tã petulanti oſtẽtatiõe fertur:ut ſibi attribui gaudeat:quæ ſua non ſunt eũ monet fugere debere hoĩum blãdas aſſentatiões.

Ilia ſubter Cæcũ uulnus habes: ſed lato balteus auro protegit:metaphora ſumpta a gladiatore qui acceptũ uulnus plærunq; diſſimulat:& ſpectatores fallit:tamẽ ſeip̃m decipere nõ poteſt:cum uulneris ſentiant dolorem: hoc ergo dicit poeta:nos quoq; noſtra uitia aliquo dignitatis aut potẽtiæ uelamẽ to celare:ita ut aliis minime nota ſint:ſed nobis ta men nõ latere:cũ eorũ oĩo conſcii ſumus. Cæcũ uulnũs habes.i.occultũ nõ oĩbus notũ. Sed lato baltheũs auro Protegit:ratio eſt uitii latentis: q̃ uidelicet id potentia & nobilitate tegatur:nã per baltheũ dignitatẽ militarẽ deſignat:eſt enĩ baltheus cingulum militare. Iuuenalis:Aſt illis quos arma tegunt:& baltheus ãbit. Sicq; poeta:ut dictũ eſt eos deridet:qui prætextu potẽ tiæ cõfidũt malitiã ſuam poſſe latere:& gaudẽt diſſimulata prauitate haberi boni uiri. Lato auro:pro lati au ri.Virgilius.Bina manu lato criſpans haſtilia ferro: Lato auro:Magnitudinẽ hoĩs expreſſit. Vt mauis da uerba & decipe neruos Si potes:q uulnus diſſimulat aliorũ aſpectus decip̃ere põt:ſed uiribus ſuis dare uerba nõ põt:cũ uitii ſui conſcius ſit:hoc ergo dicit alios decipe facile potes occultãdo uitiũ tuũ:ſed conſciẽtiã tuã fal lere nõ licet. Egregiũ cũ me.ui.di.n.c.uerba glorioſi boĩs:nõ debeo inqt credere & putare me uirũ bonum& frugalẽ:cũ populus ita me exiſtiet:quaſi dicat:ẽt ſi nõ ſim. Ex quo ſtultitia boĩs oſtẽditur: Tales reprehendit Horatius.Sed uereor ne cui de te pluſq̃ tibi credas.Neu ſi te populus ſanũ recteq; ualentẽ Dictitet: Occultam febrẽ ſub tempus ædendi.Diſſimules donec mãibus tremor incidat unctis. & alibi. Siquis bella tibi terra pu gnata mariq;:Dicat & hiis uerbis uacuas permulceat aures. Te ne magis ſaluũ populus uelit:aut populum tu Seruet in ãbiguo q conſulit & tibi & urbi iuppiter:auguſti laudes cognoſcere poſſis. Egregium dicimus:qui e grege electus ſit. Nõ credã:cũ interrogatiõe & eo uultu pronũcianda quo ſolemus ingrato admonitori re ſpondere. Viſo ſi palles iprobe nũmo:ſi auaritia laboras:ſi cinædus es:ſi grauis fœnerator es debitoribus: cur gaudes te uirũ bonũ & egregiũ appellari:hoc ita imitat̃ Iuuenalis.Cur allobrogicis & magna gaudeat ara. Natus ĩ herculeo fabi⁹lare:ſi cupidus:ſi Vanus:& euganea quãtũuis mollior agna: Si tenerũ attritus carmen: ſi pumice lũbũ:Squallentes traducit auos. Si facis in penẽ quicquid tibi uenit amarũ.i. ſi te cinædum & pati cum præbes.Nam qui facit quicquid ſibi uenditur in penem:ſine dubio proſtituere dicitur. Venit: uendi tur:ab eo quod eſt ueneo. Amarũ:quia ſæpenumero coitum ſequitur pœnitentia. Vnde illud fertur dictũ Demoſthenis de Laide nobiliſſimo ſcorto. Tanti non emo pœnitere. Si puteal multa cautus uibice flagel las:ſi debitoribus grauis es fœnerator. Puteal locus:ut ſcribit Acron Romæ:ad quem cõueniebant fœnera tores.Porphyrio uero dicit fuiſſe ſedem prætoris prope arcũ fabianum:quod Libonis dicebatur: qa a Libõe illud primum tribunal & ſubſellia collocata ſunt.Vnde Horatius in epiſtolis.Forum putealque Libonis Mã dabo ſiccis.Idem alibi.Roſcius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras.Ouidius:Si puteal ianumq; times :celereſq; calendas. Flagellas:grauis es & moleſtus debitoribus:dum uſuras exigis. Ita enim flagellari dicuntur obæ rati.Vnde Martia.Et libertinas arca flagellat opes. Puteal:ideſt debitores:nam locum pro perſona poſuit. Multa uibice:multa & graui uſura:in metaphora permanſit:ut uibice dixerit:quia flagellis præmiſerit. Vi

Viuitur hoc pacto: ſic nouimus ilia ſubter
Cæcũ uulnus habes: ſed lato baltheus auro
Protegit ut mauis: da uerba:& decipe neruos
Si potes: egregium cum me uicinia dicat
Nõ credam? uiſo ſi palles improbe nummo
Si facis in penem quicquid tibi uẽit amarum:
Si puteal multo cautus uibice flagellas:
Nequicquã populo bibula donaueris aures
Reſpice qd̃ non es tollat ſua muneta cerdo:
Tecũ habita; ut noris q̃ ſit tibi curta ſupellex.

Satyra quinta.

bex ſignum eſt quod relinquit ſcutica:dicta q̃uod ui fiat. Ne quicquam populo bibulas donaueris aures ſenſus eſt:fruſtra cum turpiter uiuas aliorum laudibus delectaberis. Nequic:fruſtra. Donaueris:accomodaueris. Bibulas:quæ aſſentationibus ualde delectantur. Reſpue quod non es:repræhẽſio eſt cum indignatiõe & acri uultu pronunciãda.Monet unicuiq; fugiendã eſſe oſtentationẽ:nec aſſentationibus credendũ. Tollat ſua mũera cerdo:auferat inquit adulator & uulnus :laudes & adulationes ſuas:cerdo dicit̃ quicunq; quærit lucrũ ex aliqua uili arte:cerdos enim græce lucrum latine:cerdonẽ poſuit pro turba plæbea:quæ nulla ratiõe ad aliquẽ laudandũ ducit̃. Tecũ habita:noli cõmittere ut alienæ laudes te auferant:ſed tu te ipſum cognoſce:& cõſcientiam tuam ĩterroga bonuſne ſis an malus. Vt noris q̃ ſit tibi curta ſupellex:ideſt multa tibi deeſſe:ut ſis uir egregius:ſumptum eſt a rei familiaris tenuitate.

BAR.FON. Viuitur hoc pacto:ut alter alterius errores carpat.Sed lato balteus auro protegit:ſed hoc tuum ſcelus ab opibus & diuitiis tegitur. quia uero ilia dixit:proptcrea balteo tegi ſubiunxit:nam balteus cinguli genus cũ latũ ſit:ilia ipſa operit: quæ ſub lateribus ſupra coxẽ dicces ſita ſunt. Vt mauis da uerba & decipe neruos Hac tuæ nobilitatis uentoſitate:decoroq; habitu decipe populum:& qui te intus non nouerit quantum uelis. Neruos.n.& grauiores uiros : & qui intrinſecus noſcũt nunq̃ decipies. Quidam neruos ueritatẽ ipſam intelligunt:quæ plurimum habet uiriũ & neruorũ:Da uerba:dare uerba decipere eſt: Terentius.Cui uerba dare diſicile eſt. Egregiũ cũ me uicinia dicat non credã.Hæc cũ aſſeueratione pronuncianda ſunt. Reſpõdet.n.adoleſcens. Nonne populi iudicio de me credã:ſi me egregium eſſe dicat. Viſo ſi palles:reſpõdentis admonitio eſt fruſtra ſe quempiam egregium eſſe putare:licet ita iudicetur a uulgo:niſi ab auaritia & libidine procul ſit.

Amarum penẽ:hoc ideo dictum eſt quoniam amaritudini ſemper uenus commixta eſt. Vnde & acidaliæ cognomen propter curas:ſolicitudineſq; amara tedia meruit. Si puteal multa cautus uibice flagellas.Senſus eſt ſi grauib⁹ uſuris debitores affligis. Dicit.n.ſi in exigendis pecuniis cautus tam iugiter ad tribunal pretoris accedis debitores accuſãs eoſque ad ſolutionem cogens : ut puteal ipſum frequentia & acerbitate tua cædere uidearis:fruſtra credes populo te egregium predicanti:nam puteal pretoris tribunal ſubſelliumque eſt:Hora. Forum putealq; libonis mandabo ſiccis.Reſpice quod non es.Omiſſa ambitione atque aura populari:uirtutẽ ſequere:teq; ipſũ cognoſce. Tollat ſua munera cerdo ſuas uulgus auferat laudes:nam cerdones uiles homines ſunt lucrum ſectantes.Cerdos.n.lucrum ſignificat:

IOANNES BRITANNICVS.

Satyra quinta.

u Atibus hic mos eſt cẽtũ ſibi poſcere uoces
Centũ ora & linguas optare in carmie cẽtũ
Fabula ſeu mœſto ponatur hianda tragœdo:
Vulnera ſeu parthi ducentis ab inguine ferrũ
Quorſum hæc? aut q̃tas robuſti carminis offas
Ingeris:ut par ſit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas helicone legunto:
Siquibus aut progne:aut ſiquibus olla thyeſte
Feruebit ſæpe inſulſo cœnanda glyconi.

u Atibus hic mos eſt:Ex ſtoicorum ſententia oſtẽſurus poeta homines aliquo uitio laborantes inſanos eſſe : nec ſui poteſtatem habere:ita ſatyram orditur: ut Cornutum quo ad philoſophiam diſcendam uſus eſt magiſtro: alloquat: optatq; ſibi dari eas uires ĩ carmine:quibus amorẽ ſuum in Cornutum:quem ſibi reſpondentem ĩtroducit:enarrare ualeat. Centũ uoces Virgilius Nõ mihi ſi linguæ centum ſint oraque centum. Fabula ſeu mœſto.Senſus eſt poetæ ſiue carmen tragicũ ſiue heroicum ſcripturi ſint : centum ora & centum uoces ſibi dari poſtulant. Ponatur:ſcribatur:ut alibi.Nec ponere lucos Artificem. Hianda: magno ſpiritu pronuncianda. Illud reſpexit:quia tragœdia altiloquo conſtat ſtilo. Mœſto: Tragœdiarum materiam expreſſit:iis enim res mœſtæ ſcribũtur. Tragœdo:tragœdi actores dicũtur tragediarum:tragici uero ſcriptores. Vulneta ſeu parthi: ideſt carmẽ heroicum: quo bella maxime decantari ſolent. Vulnera parthi:aut quæ ipſe accepit: ut ſit æmulatio Horatiana: Aut labentis equo deſcribit uulnera parthi:aut quæ aliis ĩtulit. Ducẽtis: ideſt extrahẽtis ab inguine percuſſo:aut expreſſo eſt percutientis. Quorſum hæc? ſubaudi dicis:uerba cornuti introducti admirantis cur poeta cum ſatyram poema quidem humile ſcribat:optet ſibi dari tot linguas. Quantas offas? quantum globum:& carminum coaceruationem: nam offa appellatur omnis res: quæ in tumorem creſcit a potu ophelin.i.a tumeſcendo. Vnde & fruſtra carnis offas dicimus:Feſtus Pompeius offam porcinam cum cauda : offam penitam dicebant. Iuuenalis. Et patrui ſimiles effunderet offas. Plinius item res in unum conuolutas & in modum pilæ collectas offas appellat :ut eſt illud. Amygdalinum oleum quod aliqui uocant neopum arefactis : & in offam contuſis exprimitur. Ingeris:paras:aggregas. Vt par ſit:coueniens & æquum ſit. Niti : adiuuari. Grande locuturi nebulas helicone le.ab iis inquit ſinito muſas inuocari:qui tragœdias & res magnas ſcripturi ſunt. Grande:ut tragœdias: quæ res grandes continent. Ouidius in triſtibus. Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis. Quæque grauis debet uerba cothurnus habet. Nebulas hoc uerbo latenter eos poetas irridet qui muſarum inuocatione putant in carmine ſcribendo adiuuari : oſtendens ut diximus illic. Nec fonte labra:uirtutem homini parari labore & induſtria:non autem hauſtu fontium: & muſarum inuocatione:ideſt cum huiuſmodi omnia ſint prorſus uana. Per nebulas:igitur muſas intelligit: quaſi rem inanem:& quæ parum proſit. Helicone mons eſt boetiæ muſis: ut diximus conſecratus a Thracibus. Legunt:colligant:quærant. Olla prognes : tragœdia prognes quæ in ultionem Philomenæ ſororis ſuæ

a Tereo marito stupratæ Itym filium comedendum appòsuit:eũdem Itylum appellat Catullus Qualia sub densis ramorum cecinit umbris Daulias:absumpti fata gemens ityli. nota est fabula. Olla thyestæ:tragœdia:cui nomẽ est Thyeste:eã auctore Fabio Varius magna laude scripsit:cui Cornelius adstipulando ita scribit.Necullus Assinii:aut Messalæ liber tam illustris est q̃ Medea Ouidii aut Varii Thiestes:eandẽ tragœdiã scripserũt Seneca & Cassius ætruscus parmensis:cuius meminit Horatius:Aetrusci q̃le fuit cassii rapido feruentior animi ingeniũ:cuius argumentum tale est:Atreus & Thyestes Pelopis & Hippodamiæ filii: eo iter se impietatis Venere:ut thyestes cũ Europa fratris uxore cõcumberet:in cuius sceleris ultionem Atreus Tantalum eius filium apposuit epulandum:quod dolens Thyestes consulto oraculo de uĩdicta accepit posse alio scelere eius facinoris ultorem nasci:si cũ Pelopea filia concũberet:quod cũ fecisset natus est Aegistus: a quo & Atreus:& Agamẽnon e bello troião reuersus interempti fuerunt. Olla thyeste:quæ ei appoĩta fuit ab atreo

Feruebit:scribetur: respexit hoc uerbo feruebit ad fabulã. Nam appositi sunt filii parentibus in cœnis. Cœnanda:agenda:recitanda in scœnis. Glyconi:nomen est tragœdi:ut gladiatoris apud Horatium: Et quia desperes inuicti membra glyconis. BAR.FON.

Atibus hic mos est.Diuersa hoĩum studia esse demõstrans Cornutũ præceptorẽ suum philosophia delectari scri.cui nõ nisi qui liber sit possit incũbere.Libertatẽ uero in aĩo esse probat. Hiãda mœsto tragœdo cũ hiatu pronũciãda.Mœsto aũt dicẽs ad naturam allusit tragœdiæ:cuius cum luctuosus exitus sit:tragœdus quoq; mœstus ac tristis p cõditione psonæ inducitur.Ab inguine pthi sagittis in prœlio maxĩe ualent:quas fugiẽtes interdũ in hostes iaciũt:quoniã uero p haretra ab humeris pẽdens:coxis:lateriq; illudit: Ob id ait ab inguine sagittas educere. Quorsum hæc:interrogat cur centum sibi ora poetæ inuocent: cum ut ait Horatius:nisi locus exigat fieri non doceat. Quantas offas:hoc in uituperationem scribẽtis dicitur: q nimium & infletur & turgeat. Grande locuturi nebulas helicone legunto:res grandes scripturi:nebulas hoc est inflata & inania uerba ex helicone sumẽtes mu as inuocent. Si quibus aut prognes:aut si quibus olla thyeste feruebit.siqui tragœdias de Progne atreoque describent qui parentibus filios in olla decoctos in cibũ apposuerunt. Progne enim Pandionis Athenarum regis filia: Therei Thracum Regis uxor Philomenæ soror fuit:quam cum a Tereo marito suo per uim stupratam comperisset Itym filium ei comedendum apposuit.Atreus uero Pelopis filius grauiter ferens Thyestem fratrem cum Europa uxore sua concubuisse: eius liberos interfecit:decoctosque epulandos parenti dedit. Insulso cœnanda glyconi: quoniam ollam feruere dixerat in translatione uerborum perstans cœnandam pro recitanda subiunxit. Glyco uero Tragœdus tempestate Neronis fuit.

IOAN.BRI. Tu neq; anhelanti coqtur dũ massa camino. Folle premis uentos:Cornuti uerba sunt: Tu Persi multa cogitando inflatũ & turgidũ carmẽ nõ meditaris:imitatio ẽ Horatii. At tu conclusas hircinis follibus auras Vsq; laborantes dum ferrum molliat ignis. Vt mauis imitare. Premis: concipis:cogitas. Ventos:carmen inflatum & superbum. Folle:idest animo. Coquitur dũ massa:dum ferrum igni mollitur:idest dum tecũ multa reuoluis & consideras. Camino:fornace:i dest pectore tuo. Nec clauso murmure raucus: morẽ altiora meditantium expressit: ut alibi. Murmura cum secum:& rabiosa silentia rodunt: Atq; expor recto trutinantur uerba labello. Cornicaris:tractum a cornicibus:quæ ueluti strangulatam uocẽ emittunt:ut secum garrire uideantur. Inepte:aduerbium est:nam si uocatiuus esset:contumelia afficeret:quem sequentibus uersibus laudat. Intendis:proponis:tractum a sagittariis:qui arcum intendere dicũtur. Sclopo:fictũ uerbum a sono & stridore uocis. Buccas:bucca pars est ea oris:quæ inflari solet. Hora.Quin iuppiter ãbas iratus buccas ĩflet:ab eo fit buccula :q̃ pars est galeæ qua tegit pars ãterior oris.Iuue.Et buccula pẽdẽs:Et curtũ temone iugũ. Verba togæ sequeris.i.non bella scribis:ut tibi opus sit cẽtũ linguas exposcere:sed materiã quidẽ humilẽ:qualis ẽ satyra. Verba togæ:id est paci cõueniẽtia.Nã toga armis oppõitur.Martia.Clarũ militiæ:frõto togæq; decus. Cice.Cedãt arma togæ:Asconius eã cõmunẽ habitũ marium & fœminarũ fuisse scribit. Callidus:acutus. Iunctura acri: compositione uersuum apta & uenusta. Teris :scribis:sumptum est a fabris:qui lima terunt metalla. Ore modico:non superbo & turgido. Illuc denique spectat:Persium non materiam tam superbam tractare: ut cõueniat tot uoces sibi optare. Pallẽtes radere mores Doctus:& ingenuo culpã defigere:ludo:hic argumẽtũ satyræ ostẽditur:quæ ad hominũ uitia carpenda emersit.Hic ergo sensus est.Didicisti quidem Persi uitia hoĩum insectari: Radere:tangere:& mordere:tractum a medicis:qui cultro radere & resecare uulnera solent. Persius alibi.Sed quid opus teneras mordaci radere uero Auriculas. Mores:uitia. Pallentes:quod homines conscientia uitiorum expalleant. Defigere:notare. Ingenuo ludo:id est liberali carmine & satyra quadam digna libero homine:nõ petulanti.Ingenuus dicitur qui statim:ut natus est:liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio constante editus est:siue ex libertinis duobus:siue ex altero libertino: & altero ingenuo: De hoc

Tu neq; anhelãti coquitur dum massa camino
Folle p̃mis uẽtos: nec clauso murmure raucus;
Nescio quid tecũ graue cornicaris inepte:
Nec sclopo tumidas intẽdis rumpere buccas;
Verba togæ sequeris iunctura callidus acri
Ore teris modico: pallentes radere mores
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo:
Hic trahe quæ dicas: mensãq; reliquæ mycenis
Cum capite & pedibus plæbeiaq; prãdia noris

lege Iustinianū: Culpā:crimē uitiū. Hīc trahe q̄ dicis:ex ludo scilicet.i.liberali satyra:ut sit sēsus.Si scriptu
rus aliqd es;satyrā rē quidē hnmilē:& nō tragœdiā opus supbū scribe. Mensā:tragœdiā intellige: q̄ filios pa
rētibus appositos scri. Mycenis:ciuitas est laconiæ:Agamēnonis prīa:ibi Atreus Thyrestæ fratri filiū appo
suit epulādū. Plæbeaq; prādia noris.i.materias hūiles:& nō altiloquas & regales:q̄les ī tragœdiis scribūt:ut
Oui.docet.Et dedīus tragicis scriptū regale cothurnis. Prādia:iō qa ī tragœdiis appōi filios epulādos ī prā
diis cōstat. BAR.FON. Tu neq; anhelāti:cornutū laudat:q ā pulositate uitata:mediocritatē sūmo cū
arti ìcio pseqtur.qd ex Hora.trāstulit:At tu cōclusas hircinis follib⁹ auras:ut mauis imitare. Scloppo.Infla
tis spiritu buccis sonus q ide emittit:scloppūs dicit:Bucca uero ea pars ī facie supra mētū ad oculos ē q̄ spū in
flat.Hor.prīo sermonū:qd causæ ē merito q illis iuppiter ābas iratus buccas iflet. Ore teris modico Ore mo
desto limas & corrigis Modicū.n.modestū a mō significat. Pallētes mores.Malos uitia.n.pallorē generant
Hora.in epistolis.Nil cōscire ibi nulla pallescere culpa.Radere.Signatis uerbis facilitatē.Cornuti exprimit q
nō grauius cædere sed leniter corripet delīq̄ntes.Ingenio culpā defigere ludo.Lenitate pfacili & liberali ac sua
ui oratione repræhendere.Hinc trahe quæ dicas:hæc ad se ipsum poeta loquitur.ut qui tragœdii : turgidiati
busq; neglectis hāc Cornuti modestiā in satyra describēda sectari uelit. IOANNES BRITANICVS.

Nō equidē hoc studeo : bullatis ut mihi nugis.
Pagina turgescat dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur:tibi nunc hortante camœna.
Excutienda damus præcordia:quantaq; nostræ
Pars tibi sit cornutæ animæ tibi dulcis amicæ.
Ostendisse iuuat pulsa dignoscere cautus.
Quid solidum crepet:& pictæ tectoria linguæ
Hinc ego centenas ausim deposcere uoces:
Vt quantūm mihi te sinuoso in pectore fixi.
Voce traham pura:totūq; hoc uerba resignent
Quod latet arcana non enarrabile fibra:

Nō equidē hoc stu.bul.ut mi.nu.Pagīa tur.Cor
nuto ītroducto rñdet Persius: docens tot uoces tot
q; līguas optare:nō ut materiā altiloq̄ scribat:sed ut
amorē:quo ipm pseqtur:oñdat. Bullatis:iflatis &
turgidis ductū a bulla q̄ ī modū pilæ ī aqs tumescit
Oui.Intūuit:sicut fuluo plucida cælo.Surgere hul
la solet.Varro ī re ru.Hō.bulla ē.Mart.Crassior of
fensæ bulla tumescit aquæ.Bulla itē:ut dicet īfra:or
namētū ē pueri īgenui. Nugis:extēuat poeta uires
suas ut Mart.Mercari nrās si te piget urbice nugas
Et alibi.Tu ne potes dulces īgrate relinq̄re nugas:
Pagina:paginæ dicte:qd in libris suā quæq; obtīe
ant regionē:ut pagi:uel a pāgēdo :qd in illis uersus
pagūt.i.fingūt.Dare pōdus ido.fu.hoc dicit. Ego
res quidē tumidas nō scribo:ut alii quoq; scripta in
cēdio digna adiudicant:cū supba & loq̄citatis plena
sint.unde Mar.Materia ē mihi crede tuis aptissima
carthis Deucaliō:uel si nō placet:hic Phaeton. Idonea:cōiuge cū pagina. Pōdus.fomētū & materiā:sic.n.
fumus amplior fit & pōderosior uel ideo pōdus fumo:qa cartha cōbusta a fumo extolli solet:exquo addit pō
dus fumo. Secreti loqmur:separati loqmur.q.d.res nostræ digne nō sūt q̄ ī theatrū pferant recitādæ:nec ī p
patulo sed seorsū potius hñdæ sūt.sicq; a modestia sua beniuolētiā sibi cōciliat:cū scripta domi contineat : nec
laudis cupiditate ostētet. Camœna:musa.nā camœnæ a carmībus sūt dictæ:uel qd canāt antiquorū laudes:
uel qd sint castæ mētis præsides.auctor ē Festus. Excutiēda:explicāda examināda.Sūpta ē metaphora a ue
stibus ex quibus puluis excuti solet.Præcordia:uocamus auctore Pli.uno noīe exta ī hoīe cui Cato ī re ru.asti
pulat loq̄ns de b assica.Et si lienes turgēt:& cor dolet:& si lecora ut pulmones : aut præcordia uno uerbo:oīa
sana facit.Ex quo appet: præcordia hæc dici pprie. Cornute:Philosophus fuit:ut dixīus sectæ stoicæ ma
gister Persii:quē Nero auctore Eusebio ī exiliū misit āno q̄rto post mortē Persii. Pars aīæ nostræ:amicus di
midiū ē aīæ nostræ.Hora.Et fues aīæ dimidiū meæ. Pulsa.i.explora:& q̄re.Metaphora ē ab iis sūpta q pul
sādo fictilia explorāt:quorū sōus surdus ē si rimosa sūt:Si uero solida.acut⁹.Solidū:res solida.i.īegra.Quid
crepet:quē sonū faciat.tectoria & nō plectoria legēdū ē trāslatio sūpta a parietibus:q etsi ueteres sunt tectorio
īducto noui tñ uidēt.Tectoriū.n.ē īcrustatio:q̄ calce parietibus fieri solet Pli.Nulla ī Apellis tectoriis pictu
ra erat:nōdū libebat parietes totos pingere.Nomē accepit a tegēdo. Vnde ita scri:Var.Parietes & solum ope
tectorio marmorato loricādi sūt.i.armādi:& tegēdi. Ergo tectoria.i.tegumēta cū hoīes aliud corde tegāt:ali
ud lingua ostēdāt. Līguæ picte adulatricis. Hīc ego cētenas.Sēsus est.ad hoc mihi cētū uoces optaui:ut q̄ta
te bēiuolētia cōplectar oñdere tibi possī. Trahā.sūptū a nētibus.Voce pura sincera:& fideli:nō mēdaci : nō
adulatoria. Verba resignēt:apiāt: Inde dicīus litteras resignatas.i.aptas:q̄ significatiōe Pli.us⁹ē cū ait.Fabi⁹
pictor ī ānalibus suis scripsit:matronā:qd loculos ī qbus erāt claues uinariæ cellæ : resignauisset:a suis īedia
mori coactā. Totūq; hoc uerba.Ordo ē Verba resignēt hoc totū qd lateat arcana fibra nō enarrabile. Arca
na fibra:pectore intimo.Arcanū scribit Festus trahi siue ab arce q̄ tutissima pars ē urbis:siue a genere sacrificii
quod in arce fit ab auguribus:adeo remotū a notitia uulgari ut ne litteris quidē mādet:sed p memoriā succes
sorū celebrēt.siue ab arca in qua q̄ clausa sūt tuta manēt:cuius ipsius origo ab arcēdo depēdet.Non enarrabile
magnitudinem amoris exprimit. BARTOLOMEVS FONTIVS.

Non equidem hoc studeo.tragœdiis ludicris quæ omissis:se satyram scripturum ostendit:quam ei diligen
tius emendandā cōmittit.Pullatis nugis.Quoniam in tragœdiis flebiles illustrium personarum exitus cōtīe
bantur histriones quoque aliqui cum pulla ueste inducebantur Pullum autem nigrum significat Virgilius:nel
maculis infuscet uellera pullus. Dare pondus idonea fumo:uel res leues apta stili magnitud inc illustrare:ue

f

uel digna quæ incẽdio consumat. Hortante camœna: ut hanc meã satyrã tibi excutiendã atq; emẽdãdam β berem antiquam ederẽ. Camœnæ uero musæ sunt: quasi canenæ a canendo cognoiatæ. Quãtaq; nostræ pars tua sit cornutæ anime: hoc non solũ ad amorem: sed ad doctrinã etiã refert: cũ omnẽ scientiam suã ab eo emanasse profiteatur. Pulsa dignoscere cautus. Doctus aĩcũ fictũ a uero: & petitũ ab impiro probe discerne re: Quod trãslatũ ab emptoribus uasorũ ẽ an solida sint pulsatiõe dinoscẽtibus. Picte tectoria lingue: fucate & dolosam orationẽ per candẽ trãslationẽ intelligit. Tectoria enim sunt cum calce: aut gypso parietes & eiusmodi cetera oblinuntur & leuigantur ad maiorẽ spectantiũ gratiam & decorẽ. Hic ergo centenas. Ad singularem amorem suum erga cornutũ significandum centũ ora sibi audere deposcere scribit. Quod superius in poetis inania scribentibus increpauit. Sinuoso pectore. Amoris gratiæq; capaci: Sinus enim quodcunq; inflexus curuitate: que continet appellatur: Resignent. aperiant & denudent. nam signare signum apponẽ & occludere. Resignare autem aperire significat.

IOAN. BRI.

Quũ primũ pauido custos mihi purpura cessit
desciibit tẽpus quo se instituendum Cornuto tradidit. Sensus ẽ: ubi ex pueritia: que ætas bulla & prætexta utebat: excessi: a te erudiri uolui. Ordo ẽ. Supposui me tibi: cũ primũ purpura custos cessit mihi:

Quũ primũ pauido custos mihi purpura cessit
Bullaque succinctis laribus donata pependit.
Cũ blandi comites: totaque impune suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo
Cũq; iter ambiguũ ẽ: & uitæ nescius error

Purpura: hoc ẽ pretexta cui pretextebatur: ut scribit Macrobius: Purpura uestis erat: quã pueri ante xiiii. annũ utebantur. Martialis puerilem amicitiã pretextatam dixit: Tu mihi simplicibus Manni dilectus ab annis: Et pretextata cultus amicitia. Eam etiam magistratuum fuisse ostendit Tranqllus sic scribens de Cæsare Dimissis lectoribus: abiecta pretexta domum dam refugit. Custos: ideo dixit: quia pueri sub custodia sunt: aut preceptoris: aut pedagogi. Mihi cessit: a me deposita est. Bulla aurea erat insigne puerorũ prætextatorum: que dependebat a pectore: ut significaretur eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta ẽ autem bulla a bulli: quod est consilium: aut quia eam partem corporis bulla contingat. i. pectus in quo naturale manet consilium: aut ut scribit Pedianus: quasi bullientis sinus communiens pectusque puerile. Eius usum ut etas puerilis usurparet: primus omnium Priscus Tarquinius instituisse traditur. Qui filium cum in prætextæ annis occidisset: hostem bulla aurea donauit. Vnde mos bullæ durauit: ut eorum qui equo meruissent filii id insigne haberent: ceteri lorum. Cum prætexta magistratuum: bulla uero gestamen esset triumphantiũ in speciem cordis: ut scribit Macrobius: remediis quibusdam inclusis aduersus inuidiam. Donata pependit: generosi enim pueri pueritiæ annos egressi apud lares familiares bullam suspendebant: quemadmodum puelle uirginitati renunciantes Veneri puppas donabant: ut Persius. Nempe hoc quod ueneri donatæ a uirgĩe puppæ. Ad quod respexit Horatius: cum irridendo ait. Donasset iam ne cathenam ex uoto laribus. Laribus laribus quos proprie auctore Plutarcho presides uocant canis assistit: & ipsi caninis pellibus uestiuntur. Cui rei duplex redditur ratio: Nam cum præsides sint qui presunt: hos domus custodes esse oportet & alienis formidolosos: sicut canes uidemus. Mites uero ac lenes mansuetosq; domesticis. Vel quod dæmonia quædã mala: ut sensit Chrysippus. & Romani credidere: circumerrent: quibus dii quasi carnificibus: & scelerum ultoribus aduersus iniustos & impios utuntur. Sic lares furiales quidam existimari sunt. & pœnarum & exactores uitæ & operationum speculatores. Quare fit ut caninis pellibus induantur: quibus & canis ideo assidet: qd ad inuestiganda scelera & ulciscendos improbos sagaces sint. Compi alibus igitur. Nam is dies laribus attributus erat: suspendebantur in compitis: ut scribit Festus pile & effigies uiriles & muliebres ex lana quod esse deorum inferiorum quos uocant lares putarent. quibus tot pilæ quot capita seruorum. tot effigies quot essent liberi ponebantur: ut uiuis parcerent. & essent hiis pilis & simulacris contenti. Succinctis laribus: quia pellibus caninis induti colerentur. Cum blandi comites. pedagogi & serui: qui cum antea dominum coercerent. nunc blanditentur. Tota suburra. ablatiuus est casus. Suburra regio urbis celebratissima uiæ sacræ proxima: quam putauit Iunius auctore Varrone ab eo dictam: quod fuerit sub antiqua urbe: cui testimonio potest esse quod subest & loco qui terreus murus uocatur. Vel a pago potius succusando dicta: ut muratione litteræ suburra pro succusa dicta sit: quod succurrit carinis. In ea meretrices habitant. Martia. Ergo suburranæ tyronem trade magistræ. Illa uirum faciet. non bene uirgo docet. Vergilius in Priapea. Nota subarranas iter theletusa puellas: Quæ puto de questu libera facta suo. Impune. sine supplicio. i. omni amoto metu. Nam antea sub custodia erat pedagogi & patris a quo prohibebat libere uiuere. Cãdidus umbo. i. toga uirilis quæ post q̃rtũdecimũ annum: quo tempore pueritia desinit sumebatur: Eam metaphorice umbonem appellauit. qa ut scuto armati aduersus hostem audacius insurgimus: & omnia pericula subimus. Ita pueritiam egressi sumptaq; toga uirili licentius liberiusq; omnia facimus. unde Terenti⁹: Postq̃ excessit ex ephebis uiuẽdi liberior fuit potestas. Candid⁹: antiquorũ consuetudinem respexit: apud quos uirorũ fortium picta erant scuta ut Vergili. Et dicti scuta labici. Contra inertium & tyronum pura erant: ut idem alibi: Parmaq; ingloriũs alba. per candidum igitur umbonem se uelũti nouũ militem & tyronem oñdit. Quippe qui nũper ingressus sit adolescentiam. Cumque iter ambiguum est: nam ineunti adolescẽtiæ nihil difficilius est: q̃ quos & q̃les eẽ uelimus deliberare: quod imbecillitate consilii accidere Cicero docet. Vitæ nesciũs error. Ordo est: Error nesciũs uitæ: ut intelligamus adolescentiam errare. Quia ueræ uitæ cognitionem habeat.

BAR.FON: Quũ primũ custos: postq̃ ex eplebis discessi me tibi coniuuxi tuãq; institutionẽ secutus sum: pauido mihi. pædagogũ magistrũ qtimẽti. Custos purpura ptextã itelligit: quæ simul cũ bulla in usum nobiliũ puerorũ usurpata est. Dependebat aũt bulla hoc est monile antiquũ ornamenti genus qd collo gestabat a pectore: ut puerilẽ ætatẽ alterius consilio regendam esse ostenderet. Eius forma in bullarũ morẽ rotunda erat: A cuius rei specie Plutarcho auctore in probileumatibus dicta est. Est uero bulla tumor quidã excrescens. Vnde & diminutiuũ bullula deriuat. Celsus secundo de urina scribens. Aut si quasdã q̃si maculas representat aut si bullulas excitat quin de bullio uerbo idẽ post paulo utit. Aut si bullat: aut si mole olet. Laribus donata: genero si adolescentes pueritiæ annos egressi aureã bull laribus suspendebant. Hora. in sermo. Donasset iã ne catenã ex uoto laribus q̃rebat. laribus uero Seruius Tul. primꝰ oĩum compitalia & ludos instituit quod in regia ebãti puero caput arsisse uisũ: creditũq; laris familaris filiũ. Ab augusto postea iidẽ ludi renouati laresq; in compitis positi: & libertini sacerdotes dati sũt: quos augustales appellauit. Lares aũt dii domestici. Maneæ deæ filii sũt & caninis pellibus Plutar. auctore ĩduunt: quas ideo succingũt ut expeditiores: prõptioresq; sint. nã diligẽtes exactores uniuscuiusq; uitæ sunt: & humarũ actionũ speculatores scelerũq; ultores: quapropter & canes iuxta eos assidẽt. quoniã ad inuestigandũ sagaces sũt. Suburra tota: Suburra regio Romæ est dicta: Vt uarro scribit: uel quod sub tereo carinarũ muro esset: uel qd fuerit sub antiqua urbe. Vel potius pago succusão: sic dicto qa succurrit carinis. Hæc iuxta carinas celio mõti coniuncta erat. Suburrã aũt pro uiris suburrãis: cõtinẽs pro cõtento ponit. Iã candidus umbo: Cũ iam id ætatis esse ẽt ut ĩ militiã scribi possẽ: Vmbo. n. curuatura scuti est: quã tamen pro scuto ponũt. Tyrones uero albis scutis utebantur ad eorũ nouitatem trocinii demõstrãdam: Virgilius. Parmaq; inglorius alba. Contra ueterani & strenui milites picta scuta gestabant: ut apud eundem poetam. Et picti scuta labici.

IOANNES. BRITANICVS.

Deducit trepidas ramosa in compita mentes
Me tibi supposui: teneros tu suscipis annos.
Socratico cornute sinu: tunc fallere sollers.
Apposita in tortos ostendit regula mores:
Et premitur ratione animus: uincique laborat
Artificemque tuo ducit sub pollice uultum.
Tecũ etenim longos memini consumere soles.
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnũ opus & requiẽ pariter disponimus ambo.
Atque uerecunda laxamus seria mensa.
Nõ equidẽ hoc dubites amborum fœdere certo
Consentire dies: & ab uno sydere duci.
Nostra uel æquali suspendit tempora libra.
Parca tenax ueri: seu nata fidelibus hora.
Diuidit in geminos concordia fata duorum:
Saturnũq; grauẽ nostro ioue frangimus una:
Nescio quod certe est qd' me tibi tempat astrũ:

Ramosa in cõpita: in uarias deliberatiões. Aliud dit ad lrãm. y. p quã Pytagoras: ut diximus uitã humanã diuisit: ita ut ab augusto ĩcipiẽs: biuiũ litterarũ iuuẽtutis speciẽ pferat: quæ semp ĩcerta est utrã uiã sequatur. Vitiane. i. partẽ sinistrã an uirtutẽ. i. partẽ dextrã. Cõpita: quadriuia appellãt: ab eo qd multæ uiæ in unũ cõfluant: a cõpetendo: ut scribit Var. Mẽtes: mens dicta a metiẽdo qd ea cũcta metimur & pẽsitamus: Me tibi supposui: hoc uerbo suppo/ sui sũmam erga magistrũ uenerationẽ ostendit. Tenero s ãnos: Ineuntẽ adolescẽtiã. Socratico sinu idest philosophia morali: quã Socrates prĩꝰ oĩum ĩuenit. Nã cũ antea Philosophi: ut dixĩus: circa rerũ cognitionẽ uersarẽtur: is: ut Cicero est auctor: e cœlo philosopiã moralẽ euocauit. Tũ: scilicet cũ me suscepisti. Regula: Moderatio & doctrina: a regendo dicta: Metaphora sũpta est a fabris: q regula hoc est linea recta utunt ad ligna recta secãda & polienda. quæ alio noĩe appellat amussis. Extendit: euoluit: explicat: & emẽdat. Mores ĩtortos. i. prauitatẽ uitæ meæ. In: modo particula ẽ actiua: permãsit in Metaphora intortos. n. dixit quia extendit præcedit. Fallere sollers: Sollertis & periti magistri morẽ expressit: quem oportet: ut scribit Fabius: pueros blanditiis plerũq; ad litteras allicere: ut Hor. Olim dant crustula blandi Doctores: elemẽta uelint ut discere prima. Fallere igit dicit: qd eũ ueluti quibusdã fraudibus ad uirtutem induxerit: ita ut plerũq; eius cupiditatibus affẽtire uideretur. Sollers: in omni re prudẽs: Deductũ a Sollon osce: qd nos totũ uocamus auctor est Festus. Et premit. Regit. i. animus meus patiebatur & gaudebat ratione gubernari: qd' in oĩbus laudabile est: ut rationi pareat appetitus: quæ oĩa ex philosophia moralli colliguntur. Vincique laborat: Hinc ostendit non sine labore a cupiditatibus auocatũm esse. Artificem: Antiptosis est: pro artifice. Ducit sub pollice uultum. Metaphora sumpta ab iis qui imagines Cereas formant. Iuuenalis: ut mores teneros: Cu pollice dicat ut siquis cera uultum facit. Ducit: Sumit. Soles: Dies: Virgilius: Tris adeo incertos cæca caligine soles. Primas noctes: idest primas partes noctis. Laxamus: Discimus: aperimus. Seria res graues. Et per hoc ostendit poeta nihil impudicum in mensa tractandum esse.

Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo. Consentire dies & ab uno sydere duci. Tantam inter se concordiam: & morum similitudinem esse dicit: ut credibile sit amborum uitam ab eodem Sydere pendere: Et hoc ex disciplina ægyptia: in qua plurimum Petosiris & Necepsos elaborauere: Nam persuasum est: ex astrorum motu futura cognosci: & nascentibus hoĩbus malitiam uel bonitatem: felicitatem uel infelicitatem portendi: unde illud est Iuuenalis: Distat enim quæ sydera te excipiant modo primos incipientem edere uagitus. Amborum fœdere certo consentire dies. Ordo est: dies amborum. Cõsentire conuenire. Fœdere: Le-

ge: Nostra uel æquali suspendit tpa libra Parca tenax ueri seu nata fidelibus hora: Sensus ē: siue inqt sublibra: siue sub Geminis & quocūq; alio sydere nati sumus: hoc unū cōstat nos cuiusdā syderis bnficio pari moq; qlitate coniūgi & eiusdē esse uolūtatis. Ordo est: neicio quod certe est sydus quod me tibi temperat: uel parca tenax ueri suspendit nostra tempora æquali libra: seu hora nata fidelibus diuidit. f. c. d. Parca tenax ueri: parcæ tres dicūtur esse sorores: Clotho: Lachesis: & Atropos: quarum arbitrio hominum uita disponitur: Vnde sappho: Siue ita nascenti legem dixere sorores: Et data sunt uitæ fila seuera meæ. Summa concordia oia digerunt. Vergilius: Concordes stabili fatorū numiua parcæ: Pro fatis ab Homero accipiunt: ut hic a Perseo. Ait ergo fata horam natalem dispensasse: ut sua utriusq; uita ab eodem sydere pendeat: Tenax ueri: nō mēdax sed quod semel promisit haud dubie præstans. Suspendit tempora nostra. Nobis contribuit: & dispensat: perstat in translatione libre: qua res suspenduntur. Aequali libra: Epitheton est libræ. Nam sole in libra existente Aequinoctium est autumnale: idest nox æqua diei: Vnde Vergilius: Libra die: somniq; pares ubi fecerit horas: Seu nata fidelibus hora Diuidit in geminos. c. f. d. geminos complures Astrologi: Castorē & Pollucem esse dixeruut: quos demōstrant omnium fratrum inter se amantissimos fuisse: quod neq; de principatu contenderūt: neque ullam rem sine cōmuni consilio gesserunt: pro quibus officiis eorum iuppiter inter notissima sydera eos constituisse existimatur. Alii dixerunt Herculem & Apollinem esse: Nōnulli & Triptolemū: & Iasona a Cerere dilectos: & ad sydera perlatos: Ostēdit igitur poeta eos qui sub geminis nascuntur summa semper fide & gratia inter se uiuere: quēadmodum uixisse feruntur Castor & Pollux. Hora nata fidelibus: idest que hoc præstat: u qui tunc nascantur inter se fideles sint & amici. Geminorum enim sydus benignum est & salutare eos in mari deos nautæ inuocant. Diuidit in geminos concordia fata duorum: id est digerit: & dispartitur in geminos concordia fata duorum: idest uitam nostram quæ pendet ex fatis. diuidit autem in geminos: ut quanuis diuersis temporibus: sub eodem tamen sydere utriq; nati simus. Concordia Hoc dicit propter syderis uirtutem: cuius est proprium homines in amicitiā & mutuā charitatem coniungere. Saturnumq; graue nostro Ioue frangimus una: Saturni sydus gelidæ & rigentis est naturæ: & qbus in ortu affulserit maleficum: & infœliciratem portendens. Vnde Oui. in Ibin. Te fera ne quicq; placidum spondētia martis sydera presserunt: falciferiq; senis. i. saturni. Contra Iouis sydus est benignum & temperatum: Nimio enī ardore martis & rigore saturni inter quæ duo sydera est interiectus ex utroq; temperatur: & stella fit salutaris. Oui. Natus es īfœlix: ita dii uoluere: nec ulla cōmoda nascentis stella: leuisue fuit. Nō uenus affulsit: nō ulla iupiter hora. Aut ergo Persius fiqd mali nobis nascētibus sydus saturni illaturum erat: id totū benignitate stellæ Iouis depulsum est: cum ea nobis in ortu affulserit: BAR. FON.

Ramosa incōpita: Hoc pp Pythagorā dicit q hominis uitā in ypsilon littere formā diuisit. Trepidas mētes. ambiguas an uoluptatū: que lata & plana ē an uirtutis: quæ rectā ardua uiam sequant. Appositā intortos extendit regula mores. Rectā institutionem cornuti laudat: q tanta facilitate ac tali regula intorrtos iuuenum mores ad uirtutē dirigeret: ut ipsi eius præcepta libenter admitterēt. Artificē uultū: artificiosum: nā artificē pro eo quod arte perfectū est posuit. Q uæ trāslatio ab his q fingūt imagines sūpta ē. Lasamus seria: seuerioribus interdū studiis ad mēlam depoītis iocos & sales modeste inspergimus. Non eqdē hoc dubites. Mutuū hunc amorē a syderibus nasci uult: quod sub geminis natus uterq; sit iouis benignitate. Saturni malitiam superante. Aequali libra: parcā dicit æqua lance ac libratione utriusq; horā suspendere. Libra uero quæ & as & mina dicitur: duodecī unciis constat. & ab ea libertate deliberarcq; ducit. Fidelibus nobis qui mutuo inter nos animo fidi sumus. In geminos: castorē & pollucē maxima cōcordia inter se iūctos: iuppiter parēs cælo intulit: quo geminos posteritas nominauit: Horum stellæ salutares sunt in medio æstiuo solititio iuxta cācrum locatæ. Varro tantum de re rustica libro secundo apollinem & herculem deos appellari geminos autumat. Nescio quod certe est: Scio equidem proprio quodam astro me tibi coniunctum esse: quod tamen illud sit ignoro. Astrum uero græcum est: quod sydus latine dicitur. Plures autem stellas significat quod aliqd signum componant: ut gemini: lyra: corona: & quæcunq; alia formarum genera in cœlo notant. Interdum tamen sydus pro stella unica reperitur. IOAN. BRI.

Mille hominū species. Vide q̄ apte ad hominum uitia notāda descendat: qd enī aptius q̄ cū de utriusq; morum similitudine & pari studio uitæ dixerit alios ita non esse ostendere. docet igitur: quasi arguens uaria esse hominū studia & uoluntates diuersas: illud inferens: cum uariæ sint hominū uoluntates nihil melius eē q̄ cornuti ppositū tenere. & sequi qui philosophiæ & uirtuti penitus inhæsit: unde subdit: Petite hinc iuuenesq; senesq: Mille hominū spēs. Ho. quot capitū uiuunt: tot studiorum milia. Terē. quot capita tot sententiæ. Rerum discolor usus: Ordo ē usus rerum discolor. Discolor Varius diuersus cum uarii uariis rebus in uita exerceantur: Velle suum cuiq; est. Virg. trahit sua quē q; uoluptas. Velle: Verbum pronomine posui ut

Mille hominū species. & rerum discolor usus.
Velle suū cuique est: nec uoto uiuitur uno.
Mercibus hic italis mutat sub sole recenti:
Rugosum piper & pallentis grana cymini.
Hic satur irriguo mauult turgescere somno
Hic campo indulget. hunc alea decoquit ille
In uenerem est putris: sed cū lapidosa chiragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi:
Tum crastos transisse dies: lucemq; palustrem.
Et sibi iam seri uitam ingemuere relictam.

At te nocturnis iuuat impallescere chartis.
Cultor enim iuuenum purgatas inseris aures.

alibi: nostrũ istud uiuere triste. Nec uoto uiuit uno: Vno deliderio & pari uolũtate. Mercibus hic italis Horatiana est Aemulatio hic mutat merces surgente a sole ad eum quo Vespertina tepet regio. Mutat. Antiquorum consuetudinem respexit. Nam omne mercimoniũ in pmutatione cõstabat. Vir. Milesia magno uellera mutentur. Sole recenti. i. oriente. Rugosum Piper. Apud indos precipuæq; in fronte Caucasi solibus opposita piper gignitur: Arbor autem quæ piper gignit iuniperis nostris similis ẽ Rugosum qa Piperis siliquæ priusquam dehiscant decerptæ tostæq; sole faciunt: quod uocatur Piper longum: paularim uero dehiscentes per maturitatem ostendunt candidum piper: quod deinde testum solibus calore rugisque mutatur. Cymini pallentis: Cyminum auctore Plinio tritum & cum pane sumptum uel potum ex aqua uinoque tormina intestinorum dolores discutit. uerumtamen omnem pallorẽ bibentibus gignit. Horatius. Quod si pallerent casu biberent ex angue cyminum. Hic. i. alius. Turgescere. Desidia languescere & pinguescere: Naturale enim est eos pingues fieri qui cibo uacent & somno. Irriguo: Nam somno corpora saturata pinguescunt. tractum ab agris qui cum irrigantur fiunt pĩgues & improprie locutus est. Nam irriguum appellamus quod irrigatur: non autem quod irrigat. Hor. Irriguo nihil est elutius horto. Et idem alibi. Irriguumq; mero sub noctem corpus habento. Varro ĩ re rustica. Si prata irrigua habebis. Hic campo indulget. An Agriculturæ & rei rusticæ: an campo martio dignitates & honores quærens. Hunc alea decoquit. Conficit: angit dũ nimia lucrandi cupiditate tenetur. Sic enim homines coqui dicuntur. Vnde est illud Ennianũ quod a Cicerone est repertum O Tite si quid ego adiuto curamue leuasso: Quæ non te coquit. i. cruciat & angit. Ille in uenerem est putris. i. ita rei Venereæ ĩtentus: ut eneruetur: & assidua libidine resoluat. Putris. Resolubilis. Horatius. Omnes ĩ Damasim putres deponent oculos. Sed cum lapidosa chiragra. Ho. Postq; illi iusta chiragra contudit articulos. Sensus est: cum ad senectutem peruentum est: eos qui uitam inhoneste egerunt tũc demum ingemiscere: uitæ anteactæ conscios. Lapidosa. Quod membra contrahantur. nam morbus est quo manus corripiũtur a chir qd est manus: & agra dolor: siue asperitas. Ramalia. Pedes: & brachia: quæ metaphoricos rami dicunt corporis. Veteris fagi: Perstat ĩ translatione. i. ueteris & multorũ ãnorũ corporis. Crassos dies: Pet ĩtemperãti .s. Vitã palustrẽ. Vitã cenosã & ueluti nubilo inuolutã: cũ sine aliquo uirtutũ cõmercio uixerunt. lã seri. Hoc dictũ est cũ irrisione q̃si q ostendat parũ prodesse seram uitiorũ emendationẽ. Vitam ingemuere relictam. i. qd supest uitæ defluerũt: qa tales a senectute excipiunt. A te nocturnis. Cornutum dissimilis, superioribus studii ostendit. Impalescere. Incũbere: nimio .n. studio pallor contrahit: ut alibi. En pallor seniũq; luue. Tunc utile multis pallere & toto uinum nescire decẽbri. Inseris: Reples: imbuis tractum ab arboribus quæ inseruntur. Aures purgatas. Vitiis. s. exhaustas. BAR. FON:

Mille hominũ species. Diuersa hominũ studia esse monstrans: cornutũ philosophia teneri dicit: cui non nisi qui libero animo sit: studere possit. Pallentis cumini. Cyminum & satuum & siluestre est quaternis aut quinis solus ueluti seratis multis ægritudinibus magno usui: sed pallorẽ bibẽtibus gignit. Hora. primo epistolarum: Quod si pallerent casu biberent exangue cuminum, Irriguo mauult turgescere somno. Bene saturati pleniores sõno tumescentibus uenis fiunt. Virgilius in bucolicis de Sileno inflatum hesterno uenas ut semper iacho Irriguum autem somnum dixit: quod mẽbra in riui morem cãpos præter labentis irrigat: ut fessos sopor irrigat artus apud eundem poetam. Hic campo indulget. Martium campum intelligit quem honoris & dignitatis cupidi magistratus petituri descendebant. Hunc alea decoquit. decoquere est solutione creditoribus impedita fidem concidere: Quod persæpe euenit aleæ lusum sectantibus. In uenerem ut putris. Nimia uenus corpus debilitat: & resoluit. Lapidosa chyragra: podagra pedum: chyriagra manuum dolor est quã lapidosam propter excrescẽtes tumores dicit. Fregerit. Ita enim q̃doq; podagra distorti sũt: ut infracti esse uideãt. Tunc crassos tunc querunt in rerum ignoratione tanquã in tenebris se uixisse. IOAN. BRI.

Fruge cleantea. petite hinc iuuenesq; senesque.
Finẽ animo certum: miserisque uiatica cani:
Cras hoc fiet: idem cras fiet: quid? quasi magnũ
Nempe diem donas: sed cum lux altera uenit.
Iã cras hesternũ cõsũpsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos & semper paulum erit ultra.
Nã quanuis ppe te: quanuis temone sub uno.
Vertentem sese frustra sectabere cantum.
Cum rota posterior curras: & in axe secundo.
Libertate opus est: non hac qua quisq; uelina.

Fruge Cleantea. i. philosophia Cleãtis. Hic enĩ philosophus fuit. Assius stoicus Phanii filius: q zenonis Citiensis scolæ successit: quam postea auctore Strabone Chyrisippo solensi reliquit. Memoriæ proditũ ẽ ipsũ laboriosissimũ fuisse adeo ut inopia cogẽte noctu ex puteis ad irrigãdos hortos athenienses aqũã hauriret: qua mercede interdiu studiis liberalibus operã daret: ut & phreantles. i. auriens puteos appellaret. Nã phrear græce: puteũ significat latine: & antlao. i. exhaurio: De hoc Iuue. Et iubet archetypos: Puteũ seruare cleãtes. Petite: Suadet uirtutibus & studiis liberalibus ĩcũbẽdũ esse. q. d. Imitamini cornuti proposita: q philosophiæ deditus ẽ ut eo modo rectã uitam discatis: quæ tota pẽdet ex Philosophia. Hic: Ex philosophia. Finẽ aĩo certe Monet ex philosophia disci cupiditatibus nrĩs modũ ponendũ esse. Hora. Certũ uoto pete finẽ. i. modũ & terminũ quẽ haud prætergrediare. Certũ. Fixũ: sta

bilem. Vnde contra incertũ instabilẽ dicimus. Ver. Scindit incertũ studia in cõtraria uulgus: Viatica.i.ut
tutẽ ipsam q̃ nullũ ẽ firmius senectuti presidiũ. Hoc ãt sũptũ ẽ ex dicto Biãtis q filio in ægypto ꝓficiscẽti: to
gantiq; patrẽ: qdnã agẽdo maxie sibi gratũ faceret: si uiaticũ inqt ad senectutẽ cõparaueris: Virtutẽ nimiq; in
telligẽs. Nã ut auctor ẽ Cice. Aptissima sunt arma senectutis artes: exercitatõesq; uirtutũ: q̃ ĩ oi ætate cultæ cũ
diu multũq; uixeris mirificos afferũt fructus: nõ solũ qa nunq̃ deserũt: ne extrẽo qdẽ ꝛpe ætatis: uerꝫ etiã: quia
cõscia bene actæ uitæ multorũq; bñfactorũ recordatio iucũdissima ẽ. Viaticũ enim ꝓprie appellatur qcquid
in itinere gratia uictus cõportatur. Et bene uiatica: ut significaret hanc uitã esse tanquam quandam pegrina/
tionem. Cras hoc fiet: Verba desidis: Illud uide q̃ occulte: q̃q; pulchre doceat ideo homines uirtutem non
ample ti: quia in potestate sua nõ sint: quippe qui uitiis: ut auaritiæ: libidini: ambitioni: & id genus malis ob
noxii sint. Vnde sequitur Libertate opus est. Idem cras fiet. Persius. i. Idem certe dices: cũ crastinus dies ue
nerit. Sicque inertis hominis mores ostendit risu quodam satyrico subsanans. Quid quasi magnum. N.
d.d. Verba inertis. Sed cum lux altera. u. Persius monet tacite tempora dilabi. & ideo intermissionem stu-
diorum habẽdam non esse: cum tempus irreparabile sit. Est ergo sensus: cum ille dies præterierit ociosus quẽ
petiisti. Scito te iam unũ diem amisisse: cum in eo nihil egeris. Cras hesternum: Scĩ dum est: ut supra dixius
nomen & aduerbium plerũq; in se transire. Nomen in aduerbium: ut Toruũque repente clamat: idest torue.
Item aduerbium in nomen: ut Persius: Iam clarum mane fenestras intrat. Ecce aliud. c. Ostendit desidem
nullo die omnino ad uirtutes erigi. sed ita de futuro multa pollicentẽ atterere tempus. Egerit: emittit ab ege
ro uenit: non ab ago. Et semper paulum. e. u. Sensus est: Illud cras quod amisimus: quod præcessit: nunquã
recuperari ꝓterit: quia semper erit paulum ultra. i. paulum ante: Neq̃ unq̃ assequi poterimus: quod per carrũ
ostenditur: ut sequentia indicant: in quo rotæ posteriores nunq̃ anteriores assequunt̃: Licet pari uolubilitate
agantur. Nam q̃uis prope te. Ordo est: Nam sectabere frustra cantum uertentem sese: Quanuis prope te: q̃
uis temone sub uno. Temon enim dictus est a tenendo. is enim continet iugum & plaustrum. Cantũ:
Cãtus ferrũ est: auctore Fabio quo rotæ uinciuntur. Libertate. o. est: Hinc poeta ostendit ideo homĩes quos
ad uirtutẽ hortatus est sapientiã assequi non posse qd̃ liberi nõ sint: cũ uitiis sint obuoluti. Sic ex stoicorũ sinia
docet solũ liberũ sapiẽtẽ. Libertate opus ẽ. n. h: Sensus ẽ. Nõ ea est opus libertate: quã ut quisq; per mãumis
sionem accepit ciuis romanus fit: & accepto Publii prænoĩe in tribus distributus: frumentũ publice datũ acci
pit: sed ea quæ nos a uitiis uindicat. i. animi libertate. Qua ut qsq;. u. P. e. Hæc particula. Vt oio tersui in
serenda est: aliter sensus nõ procederet. Est enĩ ordo & sensus. Nõ opus est ea libertate: qua: idest per quam qs
que Publius possidet far tessara: ut emeruit: idest simulac seruitutẽ exuit: & destitit esse seruus. & prenomẽ pub
lii ẽ assecutus: quo ciuis romãus oñdebat̃. Nã emeriti dicũtur q hõesta cã a mũere militiæ remittunt̃. uñ Iuue.
Emerita q̃ cessat acu. i. quæ iã officio suo & mũere functa ẽ. & Tranql. sic scribit ĩ Caligula: Cæterorum icre
pita cupiditate: cõmoda emeritæ militiæ ad sexcẽtorꝫ miliũ summã rescidit Papinius in syluis: Cæsar ab eme
rito iubeat discedere bello. Velina. s. tribu: nam serui. ut dictum est: accepta libertate in tribus distribuebant̃
Velina enim tribus dicta ẽ a uelia colle urbis: ut Varroni placet: quod ibi pastores palatini ex ouibus añ ton
surã iuentã uellere lanã soliti: ex quo uellera dicũtur. In ea enĩ cũ Publius Valerius publicola ædes ædificasset
ne suspectus haberetur regni affectati diruisse traditur: nõ modo: ut Liuius scribit: plano ædes: sed colli subiti
ciens. Publius: prænomina erant: Publius Quintus: Caius Gneus: Lucius. Marcus: & huiusmodi: Horati
us: Quinte puta aut publii gaudent prænomine molles Auriculæ. Moris enim erat: ut cum aliquis ciuis Ro
manus ostendendus esset: significaretur aut prænomine suo: aut a nomine: aut a cognomine: aut a tribu ĩ qua
censeretur: aut a curia: aut a censura. auctor est Pedianus.

BAR. EON. Fruge cleantea: philosophica disciplina. Cleãtes enim alius philosophus Phanii filius plu
rimos libros in stoica secta composuit. Miserisq; uiatica canis. Senecturi que canicie capillorum significatur
Est uero permolesta miseraq; rudibus & indoctis uiris senectus nisi philosophiæ uiatico: tutissimoque præsi
dio subleuet̃. Cras hoc fiet: ostendit multos mortales diem ex die protrahendo nunquam ob doctrinã uir
tutis alumnam incumbere. Quid quasi magnum nempe diem donas: interrogatiue cum quadam commi
seratione per parenthesim legendum est. dicit enim Cur hunc diem incipiendi certum finem cognoscere qua
si magnum quid sit tantum differs. Nempe uero confirmatiuum aduerbium est: ut nempe hoc assidue. Iam
cras hesternum. Cras respectu diei exacti dicit. est enim ex aduerbio nomen factum. Nam quanuis prope te:
optima similitudo a curru translata. Quanuis enim inquit te cras inchoaturum semper dicas: nunquam tam
inspicies: quemadmodum eucit in quadrigis. in quibus secundi axis rota: licet priori semper instet: eam tamẽ
nunquã consequitur. Vertentem cantum: ferrum quo rotæ extremitates uinciuntur cantus auctore Quin
tiliano in primo dicitur: In axe secundo. Quadrigæ duaꝫ rotarum ordines: cum habeant duplici quoq; axe
uertuntur. Axis uero stipes teres est: circa quem rota uersatur. Libertate opus est ad certum finem animi con
sequendum: recteq; philosophandum libertate animi opus esse demonstrat. Vellina tesserula: an quia ius
suffragiorum in tribus habentes munera: a diuisoribus capiebant: an potius ad cæsarum morem r spexit qui
frumentum quandoq; populo diuidebant. Velia uero regio in urbe est palatino monti coniuncta in qua Va
leriti Publicolæ domus & uictoriæ: deorumq; penatium ædes erat. Dicta ante uelia: quod ibi pastores palati
ni uellere lanam sint soliti. Prisci enim ante tonsuræ usum lanam uellebant: unde & uellaria nominantur.
Publius uero hoc prænomine liberum ac quiritem esse ostendit. Verum non hanc corporis libertatem

ad sapientiū satis esse declarat. Tesserula:a tessera mēsuræ genere diminutiuū tesserula fit:quæ interdū & sim bolū bellicum est:quod in acicum prodeuntibus dabatur:ne qua cōfusio inter milites oriretur. Virgilius septimo:classica iamque sonant:ut bello tessera signum:est præterea quatuor laterum talus:quo aleam ludebant. Martialis tertiodecimo. Non mea magnanimo depugnat tessera talo.

Publius emeruit scabiosum tesserula far
Possidet.heu steriles ueri:quibus nna quiritem
Vertigo facit.hic dama:est nō tressis agaso?
Vappa & lippus & in tenui sarragine mēdax
Verterit hunc dominus momento tpis exit.
Marcus dama? pape marco spondente recusas.
Credere tu nūmos? marco sub iudice palles?
Marcus dixit:ita est assigna marce tabellas.
Hæc mera libertas? hanc nobis pilea donant
An quisquā est alius liber: nisi ducere uitam
Cui licet ut uoluit: licet ut uolo uiuere nō sum.
Liberior bruto? mendose colligis inquit.
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.
Hæc reliqua accipio licet ut uolo uiuere tolle.

IOAN.BRI. Scabiosum far Ciuibus Romāis frumētū publice p tesseras gratis dabat ī singulos modios. P.Clodii bnficio:cum antea: ut scribit Pedianus senis æris in singulos modios daret. Far: Farris ideo meminit: quia ut scribit Verius: uixerunt Romāi tercētū annis. Scabiosū:aspere:ob glumā eius q̄ granū semp comitat. Tesserula. Signo quo frumentū accipiebāt. Eius tesseræ sæpe cōmeminit Tranqllus:ut ī domitiano. Et qa pars maior regē intra populatia deciderat:quinq̄genas tesseras ī singulos cuneos Equestres ac senatorii ordinis pronūciauit: Heu steriles ueri:ignari ueritatis. Qui putatis statim p manumissionē factos liberos:q̄ si alii dñi non præsint & imperent uobis. Vertigo:a uertendo Seruus enī dū manumittebat a domino:i posita eius capiti manu uertebat. qd significare uidet eum ita liberē esse:ut in quācunq; partem migrare liceat.

Hic dama est nō tressis agaso? Cū interrogatione hoc est putabis ne eū qui manumissus sit statī liberē esse: & nō seruū nequissimū? ut ostēdat mānumissionē eā non esse quæ libertatē donet sed eā animi magnitudine censeri. Per damā:itelligit seruū nequissimū & hominē fœdū alludens ad illū Horatianū Damam: quem abiectissimum ostendit in Satyris suis. Tu cum proiectis insignibus annulo Equestri: Romanoque habitu prodis ex iudice. Dama turpis odoratum caput obscurante lucerna: Non es quod simulas? Est ergo sensus: Hic dama: hic seruus fœdus & turpis qualis fuit dama erit ne statim liber & ciuis romanus quia manumissus sit: & non agaso? quasi dicat erit quidem agaso.i. uilissimus seruus: Neque erit Marcus.i. ciuis romanus qui per prænomē ut diximus ostendebatur. Momento temporis exit Marcus dama? putas tu tam breui remporis articulo damam hoc est seruum factum esse Marcum.i. ciuem romanum qui per prænomen a seruis distinguebatur. Nam seruis prænomine uti non licebat. Tressis: trium assium. Agasio: Ille dicitur: qui nō solū asinorum. sed omnium iumentorum alendorum curam agit. Pli. Et in una tabella qua maxime inclaruit agasonem cum equo pinxit. Seruius quoque ubi illud in.xii. Aeneidos interpretatus: Circunstant properi aurigæ: manibusque lacessunt pectora plausa cauis: declarat aurigas positos esse pro agasonibus. Loquit enī de Equis non de asinis. Acron item Agaso proprie dicitur seruus qui iumenta curat. Mendax: Qui mendaciis utitur sui iuris non est. Tenui farragine: idest minima re ob paruam utilitatem. Farragine: inter pabularia connumerantur farrago: ocymū: uicia. fœnū: farrago ex recrementis farris: ut scribit Pli. prædenda seritur admixta aliquando in africa fit ex ordeo: ea a farre denominata est: ipsum ãt far: ut testat Varro: aut qd ferro sit cæsum: aut qnod in farratia segete seri sit cœptū. Verterit hūc dominus: permissio est: idest Esto ut a domino Dama manumittat: statim ne liber erit: & ciuis romanus. Pape: interiectio est admirantis p Ironiā. Credere: aliis scilicet Hæc mera libertas: hanc inquit censes uerā esse & puram libertatem: quæ p manumissionē parat? qua si dicat eam non esse. Pilea: serui cum manumittebant in templo Feroniæ: quæ libertorum deaphibebat raso capite Pileum accipiebāt cuius rei Plautus ī Amphitrio. mentionē facit. Quod utinam ille faxit Iuppiter ut ego hodie raso capite caluus capiā pileū. Pli. loquēs de Cornelio Cinna ita ait. Vocatisq; ad Pileū seruis: ad uersarios uicit: de hoc & Persius supra memīt: at illum Hesterni capite induto subiere quirites. Legit & in annalibus uetere: Quintū Terentiū culeonem Africani superioris curē triumphantis: qa captus a Carthaginensibus ab eo fuerat recuperatus Pileū capite gerentē secutū esse ut auctori libertatis suæ tanquam patrono accepti beneficii confessionē redderet. An q̄sq̄ alius liber: Omnes syllogismi partes conplexus est q constat ex ppositione Assumptione & conclusione. Hæc ergo est ppositio: quam sequit assumptio cū ait: licet ut uolo uiuere. Hinc apte ostendit homīes etsi sibi liberi eē uidentur: tamen seruos esse cum eorum aīūs prauis cupiditatibus obsideat. Liberior bruto: conclusio est: Nam si licet uiuere ut uult: restat igitur ut liber sit. Brutus adeo libertatis studiosus fuit: ut expulso Tarquinio superbo ppter Lucretiæ stuprū filios suos: qd cū Aquilis & Vitellijs conjurassent de reducēdo rege: uirgis cæsos securi percusserit. Mēdose colligis inqt Stoicus. bene stoicus. is enim est qui dicit neminē præter sapientē liberū esse. Mendose.c. false argumentaris: hic enī falsum pbatur: ubi dicit: licet ut uolo uiuere: neq; illi licet uiuere: ut uult qui uitiis subiectus ē. Aureum mordaci lotus aceto. sinecdoche est: idest aurem habens lotam. Vir. Nodosq; sinus collecta fluentis. Hic.i. hoc argumento. Mordaci aceto.i. acri & urgenti dicto: ut sic intelligas. Stoici aures hoc quidem argumento & dicto offensas esse. Horatius. At græcus postquam est italo perfusus aceto. Licet illud & ut uolo tolle: hic probat cum liberum nō

esse quia ei non liceat facere quæ uult. Ordo est: Tolle illud: licet & ut uolo: idest concedo quidem illum liberum esse cui licet uiuere ut uult. At tibi non licet uiuere ut uis: ergo seruus es.

BAR. FON. Scabiosum far: an ut rem magis iminuat scabiosum: quasi corruptũ frumẽtũ dicit: an uero ad glumã: aristãq; grani respexit: quorum inuolucris tanq̃ corpus scabie granum operitur. Possidet heu steriles ueri: non manu emissos: sed a cupiditatibus solutos libertos esse significat. Ordo autem talis ẽ: Heu steriles ueri: hoc est ignari ueritatis: qb⁹ una uertigo. i. p pretorẽ facta liberatio facit aliquẽ antea seruũ: liberũ: acqetũ uideri possidet: ne uerã libertatẽ: q sic coporis seruitutẽ exuerit. Una uertigo: dominus seruũ liberaturus eum ad prætorẽ ducens dextra apprehendebat atq; ad se conuertebat: aut Appia. quarto de bellis ciuilibus liscribit libertate se eũ donare dicẽs: Tũc prætor uindicta eũ tãgens seruitio liberabat. Ille postea raso capite in tẽplo Feroniæ libertorũ deæ pilleũ assũebat: cuius rei ĩ amphitriõe Plau. memĩt: Quod utinam ille faxit iupiter: ut raso capite portẽ pilleũ. Hic dãma ẽ: hic uilis seruus & neq̃ est: & eũ qa dominus liberarit existĩas liberũfactũ esse. Dama aũt serui nomen e: quo & Hora. utitur: Tu ne syri dame: aut Dionysii filius audes deicere e saxo ciues. Nõ tressis: nõ triũ assiũ preci. Agaso: serui nomẽ hoc loco daruit apud Hora. quoq; ponitur: si patinã pede lapsus frãgat agaso. alibi actorẽ equorũ significat. Pli. qnto & trigesimo de Athimõe pictore pĩxit: & ĩ una tabula quaq; maxĩa inclaruit agasonẽ cũ equo. Vappa: uinũ qd iterũ sponte deferbui: saporẽq; amisit uappæ nomẽ accæpit: quod Pli. teste q̃rtodecio li. Probrosũ quoq; hoĩbus ẽ: cũ eoꝝ aĩus denegauerit: Vappa itaq; pro uili & ignauo & nugatore accipit. Hora. in sermõe. Nõ ego auartũ. Cũ uero te fieri uappã iubeo aut nebulonẽ. Et in tenui farragie mẽdax sub spẽ libertatis p quã tesserulã suã farris obtinuit: mẽdax tamẽ est: qa cum liber appareat: uitiis & turpitudini seruit: Farrago uero idẽ dicit quod far ferro cæsũ: autq; primũ in farracia segete seri cœptũ. Exit marcus dama q paulo antea cũ seruus esset dama uocabat: mox a dño mãumissus momẽto tẽporis marcus dicitur. Quod uiri romani prænomen ẽ: proprio. n. noĩ Prisciano auctore prænomẽ preferebatur: Vel differẽtiæ causa: ut alter ab altero noscerẽt: uel quid cũ sabinos in urbẽ receperũt: ad confirmandã coniunctionem: illorũ nomina suis noĩbus preposuerunt: & inuicẽ sabini Romanorũ: atq; ex eo tẽpore seruatũ ẽ: ut nẽo romanus prenoĩe careret: quo qdẽ a seruis distinguebant: Nã prænoĩa seruis indere nõ licebat. Prænoĩa uero sunt: ut Publius Marcus: Gaius Gneus: eiusmodi cætera. Itaq; Persius Publiũ marcũq; dicẽdo qritẽ factũ eẽ demõstrat. Pape marco spondẽte recusas credere tu nũmos. Respõdẽtis loquitur uerbis libertũ esse: quoniã & pro alio spondere & tabulas subscribere possit quid seruis negatum ẽ. Pape uero admirantis aduerbiũ est; Terẽ. in eunu. Pape supat ipsam Thaidẽ. Hæc mera libertas: respondet poeta in manumissione meram libertatem non consistere: sed decora pronũciatione hic uersus legendus est. Hanc nobis pillea donant: pilleũ capite assumebat: q manu a domino mittebatur. Libertatis enim id signũ erat. Appia. de bellis ciui. Romanorũ lib. ii. Ex his qdam pilleũ in hasta præferebant libertatis signum: uniuersosque ad ciuitatẽ patriã uocabat. An quisq̃ est alius liber. Tripartita ratiocinatiõe se liberũ esse colligit. Primo enĩ ꝓponit libertatẽ esse uiuere: ut uelit. Deĩde assumit licere sibi: ut uelit uiuere. Postremo cõcludit: cũ id sibi licet: liberiorẽ se bruto esse: Aures mordaci lotas aceto: habens aures aceto lotas beneq; purgatas & eruditas: & quæ nullis argumẽtationibus decipiat: nã cum acris & uehemẽs aceti natura sit: eoq; pulsus & naturas: & tẽpora & aures excitent: quod sẽsũ erat ad ĩgenii sciam trãstulit. Licet illud & ut uolo tolle. Assumptionem nõ probat: qua ille asserebat licere sibi ut uellet uiuere: ostẽdit autẽ neminẽ uiuere: ut uult preter eum q tecta sequitur: cui uiuendi uia considerata atq; prouisa sit. Vindicta postq̃ meus a pretore recessi: Postq̃ me liberũ prætor fecit: cur negas nõ licere mihi quodcunq; libuerit facere: his exceptis quæ legibus prohibemur.

IOAN. BRI. Vindicta postq̃ meus a prætore recessi: Laborat rursus ostẽdere se: quãdo quidẽ libertate donatus sit a prætore oĩa libere facere posse q̃ libeat: & ideo se liberꝝ esse. Cur mihi nõ liceat Subaudi facere. Recessi meus. i. mei iuris & liberꝝ aliis ñ seruiã. Vĩdicta: uirga: qua serui in manumissione a pretore tangebant. idq; manauit a uĩdictioq; post detectã coniurationẽ filiorꝝ Bruti de reducẽdo tarqnio Supbo primũ uĩdicta liberatus ẽ: a quo nomẽ uindictæ tractũ Auctore Liuio qdam putãt: nã post illũ obseruatũ ẽ: ut q ita liberati eẽnt: in ciuitatẽ accepti uiderent. Masuri: Masurus Sabinus eques Romanus tẽporibus Tyberii cæsaris iurisco̅sultus fuit: q primus publice scripsit: eius frequẽter meminit Gelius in noctibus atticis. Rubrica: titulus legis: Nam legum capita minio notant. Iuuenalis. Perlege rubras maiorꝝ leges. Ouidius: Nec titulus minio cedro charta notet. De Rubrica dictum est supius in ꝓnet: nedũ id doceat indignet. Ira cadat naso: ironicos: tractũ a canibus: q naribus ĩ rugã cõtractis irã demõstrãt. Sãna: distortio ẽ oris: q̃ fieri solet ĩ derisũ alicui⁹ rei: ut alibi: Posticæ occurrite sãnæ. ide fit subsãnare. i. irridẽ. Vete. auia: hoc ẽ deliramẽta q̃ diu fouisti: dũ credis eũ liberꝝ eẽ q sub impio alicui⁹ ñ sit: Auias: iuco auias: q uetulæ desipe soleãt. Nõ ꝓ. e. ꝓbat liberꝝ ñ eẽ q sit mãumiss⁹ a ꝓtore: ꝓs⁹ ẽ: ꝓto liberꝝ quĕlibet dõare põt: autẽ eidẽ sapĩa q̃ uera ẽ libtas ĩgerere ñ põt. Ex quo appet: & si mãumiss⁹ sit ab uno ĩ ꝓuitutẽ tñ alĕius tra

Vindicta postquam meus a prætore recessi
Cur mihi nõ liceat: iussit quodcũq; uoluntas:
Excepto siquid masuri rubrica uetauit?
Disce; sed ira cadat naso: rugosaque sanna
Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello:
Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia: atque usum rapidæ permittere uitæ

hi posse: Tenuia officia.i.rerum subtilium administrationes: Vsum rapidæ permittere uitæ.i.dare ut uita quæ celeris est utantur arbitratu:quia uitiis ita inseruiant:ut liberam uitam agere possint.

BAR.FON. Vindicta uero uirga est:q̃ serui a pretore ĩ libertatẽ asserebant.Dicta aũt a uindicio seruo est:q̃ cõiuratos uolẽtes ĩ urbẽ recipere tarquinos pdidit.Liuius secũdo ab urbe cõdita.Prohœmiũ ĩdici pecũia ex ærario:libertas & ciuitas data.Ille primũ dicit uĩdicta liberatus.Q uidã uĩdicie quoq; nomẽ tractũ ab illo putãt: uĩdicio ipsi nomẽ fuit. A prætoræ.ueteres omnẽ magistratũ cui pareret exercitus:prætorẽ appellarũt unde & prætoriũ tabernaculũ eius dicit:& ĩ castris porta prætoria.& prefectus prætorio nũcupat:sed ptes quo tẽpore.L.Sestius prius ex plebe cõsul creatus ẽ.Fusiũ camillũ Marci filium primũ prætorẽ urbanũ q ĩ urbe ius diceret:creauerũt.Mox unico prætore nõ sufficiente:qd multi pegrini ĩ ciuitatẽ uenirẽt:alius creatus est:pegrinus:qa peregrinis ius diceret appellatus:pcedẽte deĩde tẽpore alii prætores creati sũt q & ĩ puĩcias mittebant dictus uero prætor est:ut Varroni placet q iure periret.Eius magistratus ĩsignia trabea uestis sella curulis:litoresq; sex cũ fascibus extitere.Massuri rubrica:Minimũ & rubrica eiusdẽ ferme coloris fũt:quibus quoniã clarioresq; litteras fecerũt:ĩ scriptura uoluminũ utebant:sed qa capita legũ librorũq; tituli rubrica inscribebãt rubricã pro lege denoĩauit.Massurius ãt Sabinus iure cõsultus clarus est habitus. Sed ira cadat naso:noli irasci. Irati.n.q̃doq; nares cõtrahũt.Rugosaq; sãna. Irrisio q̃ p desanationẽ fit:ut posticæ occurrite sannæ. Veteres aulas ineptas cõfabulatiões:quas puer ex aula didicisti.Tibullus.Hæc tibi febellas referat.Nõ prætoris erat incipit ratione ostendere prætorem non posse inuia & acuta sapientiæ præcepta ignorantibus uiris dare & propterea ne libertatem quidem:quæ non nisi in sapientem cadit:posse concedere.

Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stat contra ratio: & secretam gannit in aurem.
Nec liceat facere id quod quis uitiabit agendo.
Publica lex hominũ:naturaq; continet hoc fas
Vt teneat uetitos inscitia debilis actus.
Diluis heleborum certo compescere puncto.
Nescius examen:uetat hoc natura medendi.
Nauim si poscat sibi pronatus arator.
Luciferi rudis:clamet melicerta perisse.
Frontem de rebus:tibi recto uiuere talo.
Ars dedit:& ueri speciem dignoscere calles.
Nequa subærato mendosum tinniat auro.
Q uæq; sequenda forẽt & quæ uitãda uicissim.
Illa prius creta mox hæc carbone notasti
Es modicus uoti presso lare.dulcis amicis.

IOAN. BRI. Cærulea: q; ī ea mare sit pictū: qd coloris ē cerulei: Sed cœnā funeris hæres. irrisio ē poetæ excusantis auarū: quasi dicat ei ignoscēdū eē: qa ab hærede cœna: feralis nō poneret si piis officiis rē īminuisset. Nā ī mortuorū solatiū diis manibus īferē cœna: q̄ silicerniū appellat: q; eā silētes cernāt ūbræ hoc ē possideāt. auctor ē Donatus: Iuuena. Pōitur exigua feralis cœna patella. Eiusdem cœnæ memīt Pli. cū ait de miluis. Notatū in iis rapacissimā & famelicā semp alitē nihil esculēti rapere unq̄ ex funerū ferculis. Festa āt diis māibus sacrata feralia a ferēdis epulis: uel a feriendis pecudibus sunt appellata. Curtaueris: minueris. Ossa inodora dabit: Hoc inuidiose & satyrice. Corpora. n. mortuorū ungebantur. Iuue. Et matutio sudās Crispino amomo: Quātū uix redolēt duo funera. Pli. in huius moris inuidiā de unguētis hæc scribit. Beatū arabia fecit hoīem ēt in morte luxuria: q̄ diis intellexerat genita adhibens uerēdis defunctis. Et paulo īferius hoc adiicit. Aestīentur postea toto orbe singulis ānis tot funera: aceruari: inq; cōgesta honori cadauerū q̄ diis p singulas micas dātur. Spirent: fragrent. Cinama: id est unguēta ex cīnamo facta cīnamū idēq; nascit ī æthiopia troglodytis cōnubio permixta: prodūtur mercatores q illud p maria uasta uehūt: uix qnto āno reuerti: & multos interire: Qua de causa in precio maxīo hētur. Surdū: sensus ē. Hæres offensus īminuta hæreditate: quā expectabat paruifaciet unguenta bōa ne sint an uitiata. Casiæ: casia: ut cīnamomū frutex est iuxta Cinamī cāpos nascēs. Fabulosa tamē antiqtas prīceps ne Herodotus: auctore Pli. narrauit Casia: ut supra diximus circa paludes Arabiæ colligi propugnante unguibus diro uespertilionum genere: aligerisque serpentibus: qbus cōmentis augentur rerum precia. Peccent ceraso: adulteratæ sint. Multis. n. modis: ut scribit Plinius unguēta uitiabantur. Tu ne bona incolumis minuas: Verba Hæredis. Sed bestius urget Doctores graios. Hæ-

Cærulea in tabula: sed cœnam funeris hæres
Negliget iratus: quod rem curtaueris urnæ
Ossa inodora dabit: seu spirēt cinnama surdū:
Seu ceraso peccent casiæ nescire paratus.
Tu ne bōa incolumis minuas: sed bestius urget
Doctores graios: ita fit: postquā sapere urbi
Cū pipe & palmis uenit nostrū hoc maris exps
Fœnisecæ crasso uitiarunt unguine pultes.

res ut bestius: ī philosophos græcos culpā reicit: q̄si improbos q hoīes ad auaritiā fugiēdā & liberalitatē exercēdā instruāt. nā tpibus poetæ diuisi erāt philosophi & ī cōtēptu. expellebantq; sæpe ex urbe. Vnde ita scrit Seneca ad lesbiā matrē. Apicius nra mēoria uixit ea urbe: ex qua Philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt. Bestius: imitatio ē Horatii: Diceret urēdos correptus bestius idē. Vrget: accusat: dānat. Doctores graios. i. philosophos. Ita fit. ordo ē. Ita fit fœnisecæ uitiarūt pultes crasso unguine. postq̄ hoc nostrū sape exps maris cū pipe & palmis uēit urbi. Ita fit: cū indignatiōe legunt: & in cōtēptū disciplinæ græcorū: q ita liberalitatē hoībus exercēdā psuasere: ut nō tātū diues: sed & uilissimus qsq; laute & luxuriose uiuat. Sicq; poeta luxū epularū sui tpis notat. Sapere: sapia: uerbū pro noīe posuit: Alibi: Nostrum istud uiuere triste.
Hoc nostrū: cū contēptu Philosophiæ dictū: q̄si q̄ male doceat: nouosq; mores in urbē ītroduxerit. Exps maris: Hoc ī inuidiā dicit grecorū phōrū: ostendit enim mores urbis ita deliciis corruptos esse: ut sponte sua Romāi: nō peragrata Græcia: mores tamē Grecorū didicerit. Ergo expers maris. i. q̄uis ī Græciā nō nauigauīs ad capessenda phōrum præcepta: tamen hic ex phōrum sentētia uiuimus: qui nos docent sordidam uitam fugiēdā. Vnde illud. Indulge genio carpamus dulcia: nostrū ē: Quod uiuis: cines & manes & fabula fies. Vēit urbi pro in urbē. Cū pipere & palmis: hic locus nō simpliciter accipiēdus ē. Nā illos auctore Lactātio notat q sapiam a prīcipio fuisse noluerūt: sed nuper a philosophis inuētā: ut Lucretius: Deniq; natura hec rerum: ratioq; repta ē Nuper: & hāc primū cū primis ipse reptus: Nunc ego sū in patrias q possum uertere uoces. Et Seneca: Nōdū sunt inqt mille anni exquo initia sapiæ nata sunt: Quod Persius irridet tanq̄ sapiētiam cū saporis mercibus inuētā. Cū pipere & palmis. Hæc ad luxū epularū ptinēt. Pipere cibaria cōdire Catiū primū inuenisse scribit Hora. Prius & iuētor Piper albū cū sale nigro Incretū puris circūposuisse catillis. Palmis: duplex est palma: ut testat Stra. Cariora & reliqua Thebaica durior: suauior gustu. dicta cariota a cara qd significat caput: nā ex ea fiebāt uina iniq̄ capiti: Ea dono mittebat calēdis ianuarii. Mar. Aurea porrigit Iani cariota calēdis. Ouid. ī fas. Quid uult palma sibi rugosaq; carica dixi. Fœnisecæ: exaggregatio ē satyrica. q. d. Lautioribus epulis: ue paup qdē abstinet: ita Romanorū luxus īcreuit. Vnde Iuue. Ipse foris breuibus pōebat oluscula: quæ nunc Squalidus ī magna fastidīdit compede fossor: Qui meminit calide sapiat qd uulua popinæ. Fœnisecæ: cōpositū a fœno & seco. Vitiarunt: cōdiuerunt. Pultes. i. cibaria. Pultē inconditū panem fuisse scribit Pli. qua romani ante usum panis diu uixerunt. Pultes præterea excogitatæ sunt multis condimentis: Cato punicam pultem cōdiri docet caseo ouo uno. Crasso unguine: hoc est lautis condimentis.
BAR. FON. Sed cœna funeris hæres negliget: sub auari psona poeta loqt: si amicis ppria bōa diuiseris: iratus heres funus & epulū negliget. Seu spiret cinama surdū: surde spirare ac redolere dicit cui ꝰ uix odor sētit. cinamū uero auctore Pli. i æthyopia nascit Eius frutex duorū cubitorū altitudīs: q̄ttuorq; digitorū crassitudis est quoq; magis nigrescat: plus pbat. Seu ceraso peccēt casie. Casia quoq; ī æthiopia nascēs ceraso mixta odoratū unguētū facit: Mortuorū uero cadauera diuersis unguētis cōdiebāt: Ipsa qdē cerasus a. L. Lucullo post victoriā mitridaticā e pōto ī italiā aduecta ē. Et bestius urget doctores gra. Cū poeta q̄ supra posita unt: tanq̄ ab auaro plata dixerit: q̄ seqt ab eodē ī philosophos dicit Bestiꝰ uero a bestia deriuat. Hora. diceret urendos correptus bestius idē. Ita fit: postq̄ sape urbi cū pipe & palmis uēit. rē auarus dicit īminui: postq̄ luxuria: & græcorū philosophica disciplina ad libertatē adhortās ī urbe uēit: q̄ apd maiores parco assuetos: agēdisq; rebꝰ magis q̄ phōrum intētos nō contingebat: quidam hec non ab auaro: sed a Perlio dici uolūt: ut sensus & ordo sit ita fit ut græci philosophi rideant: postq̄ hoc nostrū sape maris expers anteq̄ trāsmarina ī gulæ usū aducherētur ī urbē cū pipe & palmis uēit: hoc ē postq̄ luxuries tāta increuit: q̄ si ita legerīus: sape a sapore dducit cuiusmōi apd Horatiū Fecūdi leporis sapiēs sectabit armos. Fœnisecæ crasso uitiarūt unguine Pultes: postq̄ agrestes hoīes cæperūt unctiꝰ uiuere. Vnguē. n. ab uncto uēit ē uero unctū pīgue ī suis dorso. Puls uero ātiqtus faria aqua īdita tm̄ fiebat: mox ouo caseo melle additis: sine uncto tamē cōfecta ē: pulsq; punica appellata est.

Hæc cinere ulterior metuas: at tu meus hæres
Quisquis eris paulum a turba seductior audi
O bone num ignoras: missa est a cæsare laurus.
Insignem ob cladem germanæ pubis: & aris.

IOAN. BRI. Hæc cinere ulterior metuas: rep hēdit eū q iō iopi largiri nō audet: qa uereť: ne ea si bi post mortē nō fiāt ab hærede q̄ aliis mortuis fieri solēt. Cinere ulterior. i. ultra & post mortē: qd cōtrariū ē circa mortē. i. uiuēs. At tu meus hæres: Mira urbāitate dū ostendit qd ipse sit facturus. aliis uiā & modū præscribitur uiuēdi. Missa ē à cæsare laurus: sēsus ē: O tu q heres meus eris. Nunciatū qdē ē a cæsare supatos eē germāos quamobrem sacrificium paro ducētorū bouum in tantæ uictoriæ gratulationē: nūquid hoc audes uetare! Missa laurus. rōani Imparatores supatis hostibus Romā laurū ut uictoriæ nūciā mittebāt: ī cuius rei fidē ita scri. Pli. Laurus est pacifera: ut q̄ prætēderet iter armatos hostes quietis sit indicum. Romanis ꝓcipue lætitiæ uictoriarū nuncia: additē litteris & militum lāceis ptlisq; fasces imperatorū decorat. A cæsare: dubitari posset de quo cæsare diceret: nisi de Cæsonia mētionē fecisset: a Cæsare igit ītellige Caligula: qui: ut scribit trāquillus expeditiōis germanicæ īpetū cœpit: neq; distulit: sed legiōibus & auxiliis undiq; excitis delectibus ūdiq; acerbissime actis cōfecit tam festinātēr & rapide: ut prætorianæ cohortes cōtra morē signa iumētis imponere: & ita subsequi cogerentur. Quade re scripsit ꝓcuratoribus triumphum apparārent quā minima summa: sed q̄tus nunquā fuisset: q̄do in omnium hominum bona ius haberēt: quo tamē triūpho omisso uel dilato ouans urbem Natali suo īgressus est: de senatu prius conquestus iter cætera fraudatum se dicens iusto triumpho: quum ipse pauloante ne quid de ho

noribus suis ageretur etiam sub mortis pœnà denunciasset. BAR.FON.

Hæccinere ulterior metuas: Ad auari obiecta respondet Persius se parcius nõ uicturũ: quo magnificẽtius posthumetur. Interrogat aũt: nũ timeat q̃ post mortẽ casura sunt. Ac tu meus hæres: canens auarũ de hæredesollicitũ: ad eũ se uertit: q̃ suus q̃nq; heres futurus sit. O bõe: nũ ignoras ob Caligulæ uictoriam de germanis se paria dicit cẽtum mactare uelle: in quo magna impẽsa futura ẽ. Missa ẽ a cæsare laurus. C. cæsar germanici & Agrippinæ filius q & Caligula dictus post Tyberiũ imperauit: unicã oĩo germanicã expeditionẽ suscepit: ĩ qua nihil mẽoria dignũ gessit: Verũtamen magnificas litteras Romã misit: preterq; barbaros transfugas & captiuos galliarũ proceriſſimũ quenq; legit: quos in pompa cathenatos adduceret. Ouans deinde urbẽ natali suo ingressus est. IOANNES BRITANNICVS.

Aris frigidus excutit: rẽouetur inqt cinis ue us: ut sacrificia parentur. Virg. Impoĩtũ cinerẽ & sopitos suscitat ignes. Ac iã po.ar. Iã clamydes regũ: iã lutea gausapa capitis. Hec cũ distictiõe legẽda sũt arma & clamydes regũ postibus adiũgas: gausapa uero capitis. Postibus. s. tẽpli ubi hostiũ spolia suspẽdi solẽt. Vir. Captiui pẽdẽt curr? curuæq; secures. Lutea gausapa: genus stramẽti uillosi dixius eẽ quo ĩ castris uterẽtur: uilẽ aũt fuisse uestẽ oñdit: ẽt Oni. Gausapa si sumpsit: gausapa sumpta pba. Lutea: crocea: sic. n. captiui ĩ põpã triũphi ducebantur. Captis: ĩ bella uidelicet. i. captiuis. Essedaq; uehicula ex hostibus capta: q̃ ĩ triũphi magnificentia uehebatur. ide essedari?. i. auriga: ĩgẽtes rhenos germanos & gallos: quos a rheno flu. denoĩauit. fluuius enĩ ẽ: q ortũ habens ex Lepõtiis alpium ĩcolis: galliã diuidens a germãis in oceanũ britãnicũ defluit. Ingẽtes: ex historia pẽdet: nã Caligula cõuersus ad curã triũphi: præter captiuos ac trãsfugas barbaros. galliarũ quoq; proceriſſimũ quenq; ac nõnullos ex pricipibus legit: ac seposuit ad põpã: coegitq; non tm rutilare & sũmittere comã: sed & sermonẽ germãicũ addiscere: & noĩa barbarica ferre. Cæsonia. satyrice cæsoniã dicit triũphi põpã parare: tanq̃ taliũ rerũ peritã. Nã ut scribit Trãquil. eã: q̃uis luxuriæ & lasciuiæ pditæ ita ardẽter & cõstãter amauit Caligula: ut sæpe clamyde peltaq; & galea ornatã: & iuxta adeqtãtẽ militib? ostẽderit. Cæsonia: cæsones: & cæsaries a cæso corpe matris sũt noĩati. Locat: dispõit & parat. Diis igitur genioq; ducis: sacrificiũ ducentarũ uictimarũ pmittit ĩ honorẽ deorũ: & pricipis adulationẽ ob uictoriam reportatã ex hostibus. sic. n. in pricipũ gratiã multa fiebãt. Genioq; ducis: hoc in iuldiã magis q̃ in pricipis laudẽ dictũẽ. Is. n. ut tradit Trãquil. multos hõesti ordis deformatos prius stigmatũ notis ad metalla: & munitiones uiarũ: aut ad bestias condemnauit: aut bestiarum more quadrupedes canea coercuit: aut medios serra dissecuit. Nec omnes grauibus ex causis. Verum male de munere suo opinatos: uel quod nunq̃ per genium suum peierassent. Persius igitur ueluti principis genium ueneraturus: in eius honorem sacrificium se factu ũ dicit. Centum paria: duplicem hecatombem. Induco ad sacrificandum. s. Quis uetat: minæ Persii ad hæredem: nisi assenserit. Aude: superbe enuncia. i. audeto uetare: ne hæc faciam. Artocreas: genus cibi ex pane & carne: ut compositio docet: ab artos quod est panis: & creos qd ẽ caro. Non audeo inquis: uerba hæredis quem secum inducit Persius loquentem: & hoc dicit: non audet prohibere quo minus ex senteutia tu uiuas. Vt innuat se ægre ferre: Quo dicto Persius indignatus subiicit exossatus ager. quasi dicat: cum iam te uideam nolle me meuiuere meo modo: & iam mihi ager sit optimus & proximus urbi alium mihi heredem inueniam cui ipse ager detur. Exossatũs ager: id ẽ lapidatus: nam lapides ossa terræ dicuntur. Exossare enim est ossa eximere & purgare: unde Terentius de pisce ait. Cum redierõ exossabitur. Iuxta est uicinus urbi: Age si mihi nulla iam reliqua ex amitis: ostendit aũt eos stulte facere: qui hæredum metu timent arbitrio suo uiuere: cum liceat aliunde hæredes inuenire. Sensus est igitur. Si mihi hæres meus obstiterit: quominus mihi liceat ex uoluntate mea uiuere: eo certe spero alium qui nullo generis uineulo: aut longinquo mihi cõiunctus sit: rerũ mearum hæredem relinquam. Ex amitis: amita patris mei soror: quia similiter tertia a me sit: atq; auia uideri potest: dicta ex eo quod ab ãtiquioribus auita sit uocitata: siue amita dicta est: quia a patre amata est: Nam Plus sorores a fratribus q̃ fratres diligi solent: uidelicet propter dissimilitudinem personarum: quæ ideo minus habent dissensionis: quo minus æmulatio. Patruelis nulla: patrueles filii dicunẽ patrui mei Proneptis: filia nepotis. Patrui: genitiu? est casus: ut sit nulla patruelis & nulla proneptis patrui mei: patruus dicitur: quod fratris filiorũ sit tanq̃ pater. Matertera: mater: matura: mãe: matrimonium: materfamiliæ: matertera: matrices: materiæ dictæ uidentur auctore Verrino quia sunt bona: qualia. s. sunt quæ sunt matura uel potius a matre: quæ est originis græcæ. Est igitur matertera soror matris meæ quasi mater altera. Accedo bouillas: bouillæ uicus inter urbem romam: & Ariciam in uia appia: Clodii cæde nobilitatus: Cæci & mutilato corpore illic mendicabant. Martialis: Debet aricino conuiua recumbere cliuo. Iuuenalis: Dignus aricinos qui mendicaret ad axes.

Frígidus excũtitur cínis: ac iã postibus arma
Iam clamydes regũ: iam lutea gausapa captís
Essedaq; ingẽtesq; locat cæsonia rhenos
Díis ígitur genioq; ducís centũ paría ob res
Egregie gestas induco: quís uetat? aude.
Væ nisi conniues. oleum: artocreasq; popello
Largio: an prohibes. díc clare: nõ audeo inquís.
Exossatus ager iuxta est. age: sí mihí nulla
Iã relíqua ex amitís patruellís nulla proneptís
Nulla manet patrui sterilís matertera uixit:
Deq; auía nihilũ superest: accedo bouillas:

 Et aris frigidus excutitur cinis: Cum uictoribus supplicationes decernebantur: ad aras templaq; deum sacrificabant. Q nod nūc fieri ait litteris a Cæsare de germanica clade missis. Iam clamydes regum: Vestis genus clamis est: q̄ aliqui militarem existimant. Lutea gausapa: Gausape militare stramentum est. Luteus uero crocinus color a luteo pratensi flore: ac sine usu cognominatur. Perlimilis autem colore ex floribus genistarum & croco. Vir. Iam croceo mutauit uellera luto. Esseda: Vehicula gallorum britannorumq; sunt. Virgi. in geor. Belgica uel molli melius feret esseda collo. Propertius: Esseda cæla tis sista britanna iugis. Ingentes rhenos. uel quia ut Suetonius ait ad triumphi pompam procerissimum quēq; legit: ingentes accolas rheni dicit: uel quia etiam fluminum simulacra in triumphis præferebātur. Rhenus autem fluuius gallos a germanis disterminat. Cesonia: Cesoniam luxuriæ ac lasciuiæ perditæ Caligula uxorem duxit: ardentissimeq; amauit. Genioq; ducis: natali enim suo urbem ouans intrauit. Ve nisi conniues: Et nisi assenserit minitat. Conniuere. n. est oculos claudere: q; sæpe faciunt annuentes. Cicero in pisonē Ne conniuente quidem te: quod ipsum esset scelus: sed etiam hilarioribus oculis: q̄ solitus eras intuente. Plinius decimo: Halictus tantum implumes etiam num pullos suos percutiens subinde cogit aduersos iuueni solis radios: & si conuenientem flentemque animaduertit: præcipitat e nido uelut adulterinum & degenerem.

Artocreas: ex pane carneq; fiebant artocreæ. Artos enim panem: creos carnem significat. Dic clare: uisus est hæres ægro animo id tulisse: ac propterea frontem aliquantulum contraxisse: ob quod eum clartus atque apertius loqui iubet. Haud audeo inquis exossatus ager iuxta est: Prohibere inquis non audeo: ne saxis cedar: quorum plenus ager propinquus est: Saxa enim terræ ossa existimantur: ut lapides in corpore terræ ossa reor dici apud Ouidium. Age si mihi nulla iam reliqua ex amitis: Tacitæ obiectioni respondet. Nam dicere potuisset. Si patrimonium dissolues: propinquum hæredem non inuenies. Ait ergo qui suam hereditatem adeant non defuturos. Amita autem soror patris est: Patruelis filia patrui. Proneptis filia neptis: Patruus frater patris. Matertera soror matris. Auia mater patris. Accedo bouillas: in appia uia bouillæ sunt: citra Artiam Romam uersus. Alconius pro milone: Postera die occurrit circa horam nonam. Clodius paulo ultra bouillas rediens ab Aritia.

Cliuūq; ad uirbi: præsto est mihi manius hæres
Progenies terræ q̄re ex me quis mihi quartus.
Sit pater haud ꝓmpte dicā. tamen adde ēt unū
Vnum etiam: terræ est iam filius: & mihi ritu.
Māius hic generis prope maior auūculus exit:
Q ui prior es: cur me in decursu lāpada poscis:
Sū tibi mercurius: uenio deus huc ego: ut ille
Pingitur. an renuis: uin tu gaudere relictis.

IOAN. BRI.

Cliuūq; ad uirbi: cliuus uirbius pximus est in urbe ciprio uico ubi dianiū fuit: illic ut Iulius ē auctor cū Tullia interfecto Seruio pr̄e Tarquiniū maritū pr̄ia regē salutasset: domūq; se reciperet: uiso patris corpore multone euitātē sup ipsū corpus carpentū agere præcepit. Illic mēdici sedebāt. Præsto est. m. M. h. sensus est manius q qdē ꝓgenies terre dr̄ a me ut maior auunculus hæres meus scribet. Satis lepide ostēdit poeta iure origīs oēs hoīes cognatos esse. Manius: allusio ē ad illū maniū: quē germani ut scribit Tacitus antiqs carmībus celebrāt: q d unum apud illos memoriæ & annaliū genus ē: filiū fuisse Tuistonis dei terra editi: eūq; originē gētis & cōditorē alterius Manii equitis romani mēinit Varro: quē duorū tātū cubitorū fuisse tradit: Manius āt prænomen dictū est ab eo qd mane qs natū sit: ut Lucius q luce. Præsto est. i. adest. nā præsto sum idest qd adsū: nec alteri fere uerbo coheret: cicero p Murena. Ius ciuile didicit: multū uigilauit laborauit. præsto multis fuit. Q uære ex me qs mihi q̄rtus sit pater: tacitæ obiectioni rndet poeta: posset. n. dicere hæres p legē fieri non posse: autē æquū nō esse ut aliū quā iure cōsanguinitatis cōiunctū hæredē relīquas: ait igit̄ Persius: & Maniū iā iure cōsāguinitatis & originis hæredē suū scribi posse: q̄do & sui maiores originē habeāt a terra quemadmodū & Manius. Q uære ex me quis mihi q̄rtus sit pater haud prompte dicā: ostēdit Persius: mira urbāitate sexto generis gradu se quoque a terra originem ducere: & ideo se Manii iure generis & originis cognatum esse. Est enim sensus. Si uoles inquit quærere ex me quis sit mihi proauus nō facile tibi dicam: neq; enim nomina maiorum meorum possum recordari: illud tamē certo scio: si ad proauum duos ēt addideris eum originem a terra ducere: ut ītelligas Persium sexto gradu genus suum ducere a terra: nā ut uult illos duos priores a terra natos & ab iis quartum patrem genitum. i. proauum suū. Haud prompte dicam: quasi difficile sit longo temporis interuallo genus suum reminisci. Tamen adde etiam unum unū ēt. i. si duos addideris. Ita hæc intulit ut quamuis non teneat noīa maiorū suorū: tamen certo sciat originem suam sexto gradu ducta a terra. Terræ est iam filius subaudi pater quartus. Exit: bene exit quasi ex terra oritur. Et mihi ritu Manius hic generis prope maior auunculus exit. Ordo est. Et hic Manius exit mihi prope maior auunculus ritu greneris. Hic manius quē dixi progeniē terræ. Prope maior auunculus exit: ē mihi habita ratiōe generis ueluti maior auunculus nā auctore Festo maior auunculus dicit̄ aui & auiæ auunculus. Q ui prior es cur me in decursu lāpada poscis? īsultat auaro hæredi: quē cursoribus palestræ cōparat: nā in palestra exhibebaut̄ q ad extremā usq; lassationē currerent cum facibus ardentibus: qui primus fuisset: ut defatigatus cursor integro facem dabat: hoc sic cicero ī rhetoricis nouis scripsit. Nō. n. quēadmodū in palestra q tedas ardētes accipit: celerior est in cursu continuo: q̄ ille q tradit: ita melior īperator nouus q accipit exercitum: q̄ ille q decedit: ppterea qd defatigatus cursor dat īegro facē. Sēsus est igit̄. Cū tu auare & ætate & diuitiis me antecedas cur ē qd a me hereditatē expectes: cum

æquius sit me à te hereditatē accipe: ut minus etate grauatū: quēadmodū cursor integer. i. nō fatigatus in cursu a priore facē accipit: ut lasso. Sū tibi mercurius: satyrice dictū in pfundā hoīum auaritiā: q ad rem adeo anxii sūt ut hereditatis q̄ expectāt nihil minui oīo uelit: cū cōtēti eē deberēt: q̄tacūq; pte relicta. Sū tibi mer. i. oīo moriēs tibi lucrū q̄tacūq; fuerit: nā Mercuriū: ut dixius supra lucri deū fabulata ē antiqtas. Huic idibus maiis sacrificabāt mercatores: ut scribit Macro. nam eo die natus dicitur: Martia. Maiæ mercurium creastis idus. Vt ille pingitur: nam & lucri mercatorum deus pingebatur. De hoc lege Diodo. & Macrobium.

BAR. FON. Cliuūq; ad uirbi: Aritiā Diana. n. reuocatū ab īferis hyppolitū ī aritia nīphæ ægeriæ cōmē dauit: ubi uirbi⁹ uerso noīe q̄si bis uir ē appellatus. Progēies terræ: eius. n. pricipio generis ñ repto e terra or tus appet. Quare ex me: Ex me si q̄ras: qs abauus mihi sit haud tibi facile dixeri. Quod si atauū tritauūque addideris ad unū tādē deuēies: cuius parēs ignoreē: atq; ob id terræ filius iudicē. Maior auūculi⁹: auiæ frater.

Qui priores cur me ī decursu lāpada poscis: cū grādior natus sis cur meā captas hereditatē: cū tuā expectare potius debeā. Hoc āt uel decursoꝝ graiorū cōsuetudīe tractū ē: q ut Herodo. viii. memīt: Vulcāo facē puices ferre cōsueuerūt: uel de te differis cereris: q cū facibus ad extremā lassationē currebāt: uel potius de palestritarū more trāslatūē. Cice. ad Herē. li. iiii. Nō. n. quēadmodū ī palestra: q tedas ardētes arripit: celerior est in cursu cōtinuo: q̄ q tradit: ita melior impator nouus q accipit exercitū q̄ ille q decedit. ppterea q⁹ defatigatus cursu in tegro facē: hic pitus impator impi o exercitū tradit: Vin tu gaudere relictis: Vis ne libenter assumere: quic quid reliquerim: q pro mercurio tibi sum diuitiarum lucriq; deo. IOAN. BRI.

Deest aliqd sūmæ: cōq̄stio ē heredis: q⁹ iminuta sit hereditas. Minui mihi: uerba Persii. Vbi sit fugæ q̄rere qd mihi quōdā Legarat stadius: īmoderatā heredis libidinē hñdi repēdit: q ēt de alienis legatis & hæreditatibus rōnē sibi reddi postulat. Neu dicta repone paterna: Noli inqt more pīno a me rei admīstratæ rōnē poscere: Nā repōere cū in uarias accipiatur significatiōes: hic preparare & ue luti renouare pōt: ut sit: noli i me iisdē uerbis uti q bus solet pater ī filiū: cū admīstratæ pecuniæ rōnē exigit. sic. n. repant uerba paterna: uñ Mart. q amis sum sōnū ī urbe ī prouicia repabat. Ingēti fruor īproboq; sōno Et totū mihi nūc repono: qeqd Terdenos ul gilauerā p ānos. Surgētē focus excepit. Fœnoris accedat merces: uerba heredis: q rōnē sibi postulat reddi fœnoris. Merces fœnoris: fœnus pprie auctore Festo appellat naturalis terræ fœtus: ob q̄ cām & nūmoꝝ fœtⁿ fœnus ē uocatū: & de ea re leges fœneberes. Quid reliquū ē: cū īterrogatiōe legēdū & supbe. Reliquū. nō īterrogātis: sed īdignātis & irascētis. naturale. n. ēut cū irascimur: ultia aduersarii uerba repetāus. Nūc nunc īpēsius ūge: īdignatus & offensus auiditate heredis cōputātis qd reliquū eēt: exclamat minās se lautius & sum pruosius uictuꝝ. p qd mōet poeta neminē: dū studet posteros hereditate iuuare: sordide uiuere debere. Vn ge puer caules: æmulatio ē Horatii. Vngere si caules oleo meliore: capuq; cœpis īpexa fœdū prurigīe. Mi hi festa luce coqtur Vrtica: sēsus ē āt: Ego inqt parce & sordide uiuā: ut multa reliquā filio tuo neqssimo: qa oīa ad oēm libidinē profūdat: cū īdignatiōe legēda sunt. Vrtica: urticā poluit prouilissima quaq; herba. Sinci put: pars ē capitis. Iuue. Cōmedā inqt flebile nati Sicipit elixi. Sicipita aūt uertina lautæ gulæ scribit Pli. fu isse. Fumosum: ad sumū seruatum. Fissa aure: qua suspensum fuit. BAR. FON.

Deest aliqd sūmæ hæredis uerba: uel patrimōiū imi nutū cōqrētis: uel nūqd e sūma desit īterrogātis. Mi nui mihi: rñdet sibi ipsi qdcūq; deest īminuisse. Vegꝝ si ei qd supest relinqt: desistat: q̄rere qd oli sibi a Statio le gatū sit fœnoris. Accedat merces hīc exime sūptus: dcā parētū ad filios: cū admonet ne patrimoniū minuāt sed ītegra sp sorte ex mercede fœnoris sūptus faciāt. Reliquū cū heres īterrogasset qd reliq foret ille īdignans fāulū lautior ē copiosiorēq; uictū parare iubet. Statuit. n. geniū suū ñ defraudare: quo luxuriosius hæres uiuat

Fixa: fumosum sinciput aure ad fumariū appēsum sinciput qd ē āterior ps capitis aures tpaq; cōplectens. Neq; uero ī porco solū: sed in hoīe dicitur. Apollinaris ad Valeriū maioranū partēq; cerebri. Hic galeæ cū parte rapit: fortiq; lacerto Dissicit ancipiti miserabile sinciput ense. IOANNES BRI.

Vt tuus iste nepos. i. filius tuus neqssimus: nam nepotes luxuriosæ homines uitæ appellantur: qd ñ magis is rei sue familiaris cura ē: q̄ iis qbus pater auusq; uiuūt: æmulatio est horatiana. Filius aut ēt hæc libertus: ut ebibat heres Diis inimice senex cu stodis. Anseris extis. i. āserino iecore: qd iter deli catas dapes hēbat: ūde ita scri. Pli. Nostri sapiētio res q āseres iecoris bōitate nouere: fratribus in ma gnam āplitudinē crescit: excēptū quoq; lacte mulso augetur. Nec sine cā in q̄stiōe ē: quis primus tantū donum inuenerit: Scipio an metellus uir consularis: an. M. Seius eadem ætate eques Romanus. Cum mo rosa: cum modo aduerbium est temporis: non autem præpositio. Singlutiet. rem pudendam expressitra

Deest aliquid sumæ minui mihi: sed tibi totū ē
Quicq̄d id ē. ubi sit fugæ q̄rere q⁹ mihi quōdā
Legarat stadius: neu dicta repone paterna
Fœnoris accedat merces: hinc exime sumptus
quid reliquū ē. reliquū: nunc nūc īpēsius unge
Vnge puer caules: mihi festa luce coquatur
Vrtica. & fixa fumosum sinciput aure:

Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis
Cum morosa uago singlutiet inguine uena
Patritiæ immeiat uuluæ: mihi trama figuræ
Sit reliqua: ast illi tremat omēto popa uenter.
Vende animā lucro: mercare atq; excute solers
Omne latus mundi ne sit præstantior alter.

ſingultiente ſumptũ eſt q dũ ſingultit toto corpore mouet: Patriciæ imitat uuluæ. Hora. Ne ditior aut formæ melioris meiat codẽ. Mihi trama figuræ Sit reliq: lepida translatio ſũpta a tela: cuius filũ: qd ita ſtamẽ currit trama appellat a tranando. Teren. ſubtegmen dixit. Anus ſubtegmẽ nebat: erit igit ſenſus. Ego eius ma ciliẽtiæ fuero: ut coſtæ & reliqua oſſa q corpis ꝗm texturã præbẽt: mihi relinquant: & is obeſiſſimo ſit uẽtre. Figure: formæ: & ſpeciei corpis. Aſt illi trema omẽto popa uẽter? Popa a Perſio accipit pro pigui: a quo deducti ſũt popinones. i. ii quos nũc dicimus tabernarios uel luxorioſos: q ſe popinis dedũt. Nã popinæ dicunt taberne ubi publica parant obſonia. Trãqllus i Nerõe. Interdictũ ne qd i popinis cocti præter legumia aut olera uẽiret: ãtea nullũ ñ obſonii genus ꝓponeret. Hora. Quin oia malit Quæcunq; i mũdis ſeruent allata popinis. Omẽto: de omẽto dixius ſupius i ſecũda ſatyra. Vẽde animã lucro: nimia & imoderata heredis cõcupiſcẽtia offenſus: ut pote quẽ uideat auaritiæ ſuæ finem nullum facere: exclamat: excandeſcit: iraſcit. Mundi quem coſmon græci nomine ornamẽti appellauere cum & nos a perfecta abſolutaq; elegãtia mundum.

Ne ſit præſtantior alter. Horatius Ne ſit te ditior alter.

BAR. FON. Vt tuus iſte nepos: ad ſe ipſũ i ſecũda ꝑſona: cũ indignatiõe maiore. Nepos aũt ꝓpterea luxurioſus & ꝓdigus dicit: q; ſub auo educati ſolutiorẽ delicatiorẽq; uitã degũt. Hor. Diſcinctus aut ꝓdã nepos. Satur ãſeris extis: ſapiẽtiores: ut Pli. x. li. refert. Iecur anſeris ꝓbauerũt fertilibuſq; in magnã ãplitudinẽ creſcit. Exẽptũ quoq; lacte mulſo augẽt: de eo Hora. Pinguibus & ſiccis paſtũ iecur ãſeris albi. Inguine uago: ab inguinis uicinitate inguẽ ꝑ mẽbro uirili ponit. Vagũ ãt dicẽdo rẽ turpẽ hõeſto uocabulo cõtegẽs maronianũ illud expreſſit. Iã primũ ſatis hic libidinoſus alternis & eũdo & exeũdo porta te faciet patẽtiorẽ. Moroſa uena cũ ꝓprie uena ſit: ꝑ quã ſãguinis riuus meat: qa tamẽ ꝑ penã quoque genitura trãſcurrit: Genitalis ſeminis iter in inguine uenã denoiat: qd plane ꝑ ſingultũ expreſſit. Nã ut ſingultiũt fauces: ita quoq; gẽitura fluente ſingultire uidet penis. Moroſã ãt dicẽs id mutõi: qd eſt hoĩs i amore uetita & negata petẽtis dedit. Patritiæ imitat uuluæ: cũ generoſa & nobili fœmina coeat: Mihi trama figuræ ſit reliq: aſt illi tramat omẽto popa uẽter: ſeſus ẽ ut ego parcius uiuẽs emacreã: eo luxũ pigueſcẽte: ſibi. n. tramam hoc eſt uiliora obſonia reliqua dicit. Trama. n. filũ ẽ qd ita ſtamẽ diſcurrit. Staminis aũt fila precioſiora q̃ trame ſũt. Omẽtũ uero mẽbrana tenuis eſt: q̃ ĩteſtina cõtegit. Popa ãt pigue ſignificat: uñ & popina deducit: Nã qd a quodã ſcribit panẽ eſſe: quo ſacerdotes ul'eorũ miniſtri ueſcebãt: uñ & popeanũ unguẽtũ dicit: fide caret. Põpeanũ. n. a popea Nerõis uxore appellari Pli. teſtiminio: uolũine. xi. planũ ẽ ait. n. Craſſiſſimũ aſinæ lac ut coaguli uice utant. Conferre allqd & candori i mulierũ cute exiſtimat: Popea certe Domitii Nerõis cõiunx qngẽtãs ꝑ oia ſecũ fœtas trahẽs balneaq; ẽt ſolio totũ corpus illo lacte marcerabat: extẽdi quoque cutem credẽs. Itẽ. viii. & uigeſimo: cutem i facie erugari & teneſcere & cãdorẽ cuſtodiri lacte aſinino putãt: notũq; eſt q̃ſdã quotidie ſeptingẽtaq; cuſtodito nũero fouere: Popeaq; hoc uxor Nerõis prĩcipis iſtituit: his quoq; Iuue. accedit: aut pinguia popeana ſpirat: & hinc miſeri uiſcãt labra mariti. Vẽde animã lucro: hæc ab eodẽ non ſine ſtomacho dicunt: q demẽs ut patrimonium grande relinqueret multos labores piculaq; pertulerit. Ne ſit preſtantior alter.

Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.
Rem duplica feci: iã duplex: iã mihi quarto:
Iam decies redit in rugas: depinge ubi ſiſtam.
Iuuentus chryſippe tui finitor acerui;

Finis.

IOAN. BRI. Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta: diuites romãi auctore Plinio tot ſeruos alebãt: ut eorũ iuſtos & ĩtegros ꝓpe exercitus domi haberẽt. Et quo plures alebãt eo potẽtiores habebant unde Iuue. Protinus ad cẽſũ: de moribus ultima fiet Quæſtio: quot paſcit ſeruos? quot poſſidet agri Iugera. Cappadocas: cappadocia finitima ẽ Armeniæ: uñ ſerui mittebant ut e Syria. Mart. Cluis non Cataſta: cataſtæ loca ſũt ubi ſerui uenales exponebant ſyriæue parthiæue: Nec de cappadocis æques cataſtis. a cataſtao qd eſt expono. Mart. Inſpexit molles pueros: oculiſq; comedit. Non hos quos priæ ꝓſtituere cæſæ: Sed quos arcanæ: ſeruãt tabulata cataſtæ. T bullus. Regnũ ipſe tenet quẽ ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Illic ſeruorũ garritu ingens erat ſtrepitus. Mar. Heu q̃ ligua ſilet: nõ illã mille cataſtæ Vincebant Pauiſſe: aluiſſe. Rẽ duplica: irriſorie & ſatyrice iterũ exclamat i auarũ. Feci: iã triplex: iã mihi quarto: Iã redit i rugã decies: iprobitas auari oſtẽdit: q coaceruãdæ rei finẽ nõ iuenit: iuxta illud Iuue. Creſcit amor nũmi q̃tũ ipſa pecũia creſcit. Hoc. n. dicit auarus: rẽ decies cõduplicaui: nec tamẽ adhuc cupiditati modũ iueni meæ Iã redit i rugã decies reſpexit ad illud opus Chryſippi qd ſcripſit de cõduplicato: uel cõnexo: nam ſequit. Depinge Chryſippe ubi ſiſtam. ſatis enim lepide ipſum auarum inducit: ut neſcientem auariæ ſuæ terminum imponere: a Chryſippo petere: ut ſibi modum querendæ rei præfiniat. Chryſippe tui finitor acerui: Chryſippus Solenſus: uel ut alii ſcribunt Tarſenſis fuit. Apollonii filius zenonis ſiue Cleantis diſcipulus: ut Valerius uero tradit Cleantis ꝓceptor: uir ingenioſus: & acutiſſimus i omni genere orationis: & ſubtilitate diſputandi adeo acer: ut non illepide quidam dicerent ſi apud deos uſus eſſet dialecticæ: ut non temere aliam futuram q̃ Chriſippeam: hunc ſcribit Valerius octogeſimo anno: uolumen cœptum quadrageſimo: exactiſſimæ ſubtilitatis abſoluiſſe. Conſtat. n. ſeptuaginta & quinq; uolumina ſcripſiſſe: adeo ut Valerius tradat ad ea quæ ſcripſit cognoſcenda: longa uita opus eſſe. Eum tradit Hermippus a diſcipulis ad ſacrificium uocatum dulce merũ hauſiſſe: ex quo quinta die defunctus eſt: cum ſeptuaginta & tres uixiſſet annos. In quo miror ab hoc Valerium Maximũ diſſentire de ætate: cum ſcribat octogeſimo anno uolumen perfeciſſe. Et ille. lxxiii. anno mortem obiiſſe. Sunt qui dicant riſu compræhenſum expiraſſe. nam ut teſtatur Laertius: cũ aſinus manducaret ficum

eus aniculæ dixisse uinum asino sorbendum daret: nimioq; risu detẽtum exhalasse animam: unde auarus ita eum alloquitur: ut dicat: O Chryppe finitor tui acerui: hoc est tui libri in quo tanta cumulasti: depinge ubi sistam. Iuuentus: idest ostende: designa mihi: ubi: idest in quo diuitiarum loco iuuentus sistam: hoc ẽ pedem figam: ac si dicat tantam esse suam cupiditatem: ut nullo pacto ei finem ex se reperire queat. Sicq; poeta cupiditatem auari insatiabilem esse ostendit.

FINIS.

BAR: FON. Cappadocas rigida pingues clausisse catasta: Ne quẽ alium seruorum alter maiorem grege possideat: Catasta autem locus erat ubi serui uenales exponebant: a græco uerbo catistao: quod expono significat: appellata. Papi. in siluis: Non te uersabat barbaricæ turba catastæ. Tibullus: Nota loquor regnũ ipse tenet quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Pli. v. & .xxx. Talẽ in catasta uidere chrisogonũ syllæ. Cappadocia uero Solino auctore pontica regio est: quæ læuo latere utrasq; armenias cõmagenemque tangens: dextro multis asiæ populis circunfusa ad tauri iuga & solis ortus attollitur. Appianus uero minoris armeniæ partẽ: ptolemæus ipsam minorẽ armeniam eẽ scribunt. Iam decies redit in rugam: iam rem decies geminaui: neq; tamen cupiditati modum adhibui. Depinge ubi sistam iuuentus Chrysippe tui finitor acerui: nescius suæ auaritiæ finem imponere Chrysippum rogat: quo tandem in numero diuitiarum consistat. Chrysippus uero Apollonii solensis siue tarsensis filius Cleantis: zenonisq; auditor: ut refert Laertius undecim & trecẽta uolumina in logicis scripsit: in quibus oia ad eã artem spectantia & coaceruitatem diligẽter absoluit. Ob quod ait sui acerui: hoc ẽ dialectieorũ librorũ cumuli finitor Chrysippum repertum esse.

BARTolomeus Fontius Francisco Saxeto Salutem.

REcte facis Saxete carissime: qui ita diligenter studiis nostris incumbas: ut ẽt munitiora quæq; perpendas. Quod si reliqui facerent studiosi latinæ lingue nõ in tantis ignorantiæ tenebris uersaremur. Quæsisti ex me sæpius: ut quedam mensurarum uocabula annotarẽ: Quæ sane aliq̃diu ob innumeras occupationes a me dilatas: nunc in unũ collecta plura etiam q̃ petieras ad te mitto: ut tarditas temporis ubertate muneris compensetur. Mẽsura proprie ea ẽ: que a membris hominis sumpta est: sed eius quoq; appellatione continetur quicquid pondere: capacitate: longitudine: latitudine: animoq; fingitur. Verum ea: q̃ ex me quæris: plurium & inter se æqualiũ interuallorũ mensura determinatur: Mensurarũ autẽ appellatione sunt Digitus: Vncia: Palma: Sexta: Pes: Cubitum: Passus: Decempeda: Clima: Actus: Iugerũ: Stadium: Miliare: Centuria. Digitus ẽ minima mensurarũ: infra quẽ siquid dimetiamur: partibus respondemus: ut dimidiã tertiã: quartãue digiti partẽ. Digitorũ porro obseruatio duplex est. Quadratus. n. dicitur & rotũdus: sed cũ simpliciter appellamus rotundũ accipimus: q quidẽ est sextadecima pedis ps: tribus quartisdecimis suis quadrato minor. Vncia uero digitũ unũ & eius tertiã partẽ habet. Nã duodecim unciis pes integer diffinitur. Palam duplicem esse reperio extensam scilicet & compressam. Extensa est q̃tum expansa manus a pollice ad minimum se extendit: quæ qdẽ est duodecim digitorũ. Compressa q̃tum digiti quattuor simul iuncti excepto pollice se expandunt: Verũ palmam simpliciter noiantes de compressa intelligimus. Sexta digitos duodecim continet. eandem enim mensuram: quam extensa palma complectitur. Pes uero est sexdecim digitorum. Ex pede aũt & semis cubitum fit Ex pedibus qnq; passus. q̃q̃ & spatiũ illud quod interambulãdum est inter pedes passus etiam nuncupatur: dictus q̃ gressibus mutuis pedes patescunt. Decẽpeda ex pedibus decem cõstat. Vnde etiã nomẽ sumpsit. Sex uero decẽpedæ clima reddunt: quod quoq; uersus pedũ est sexaginta. Actus dicit quod in eo boues agerentur cũ araretur uno impetu: q erat centũ uiginti pedũ. Tris autem actus esse reperio: Minimũ: quadratũ & duplicatũ. Minimus quattuor pedes patet: quod spaciũ in agris erat inter uicinos. Quadratus undique centum uiginti pedibus prefinit. Quadratus duplicatus iugerũ pstat: dictũ quod ex duobus quadratis ictibus sit iniunctum. Vel ut Varroni & Pli. placet: quod id spatiũ uno iugo bouum in die arari posset. Protenditur itaq; iugerũ in lõgũ pedes ducẽtos & quadraginta: in latũ uero centũ uiginti. Stadiũ passibus centũ uigintiqnque describitur. Miliariũ stadia octo: hoc ẽ passus millẽ complectitur. Centum iugera primo centuriam faciebant. Vnde nomen quoq; sortita est: mox ex ducentis iugeribus seruato noie expleuerũt. Neq; uero me prætertit in re militari centuriam centum numerum militum continere: & centurionem appellari qui illis preest: Subcenturiatosq; dici milites nõ primæ: sed secunde centuriæ: ubi ad insidiandum maxime locabãtur: Ex quo ĩ subcenturiis quasi in insidiis q̃ empiam positum appellamus. Centuriatim quoq; aduerbium: quod abundãtiã copiamq; designat: a centuriis que in comitiis ferebãt suffragia deriuatur. Vnde & centuriata comitia. cæterũ mensuris omnibus q̃to breuius fieri potuit explicatis breui quoq; ponderum uocabula enarrabo: ne quid honesto studio tuo desit. Ponderum omnium minimum siliqua est: quod granum ex ea est siliqua: quam fabã græcam nuncupamus. Sex autem siliqua scrupulum faciunt: qui & obolus nuncupatur: quem nos pensum denarium dicimus. Est uero quarta & uigesima unciæ pars. Supra obolum drachmam ponimus: quæ ex scrupulis tribus constat. Sextula autem ex quattuor: sic dicta: quod sexta sit pars unciæ. Hanc quodam tempore uetustiores denarium appellarunt. Denarius enim tunc argenteus nummus erat ponderis siliquarum quattuor & uiginti: quanquam proprie denarius decem assium pondo constet. Atque hæc erat apud antiquos minima quidem æris signati pars supra sextulam semunciam legimus: dimidium unciæ conti. ẽtem.

Vncia ab uno denominatur:quod ex duodecim ea unica est pars assis:unciæ duæ:sextans:quasi sexta pars assis nuncupatur Quadrans:quarta pas: hoc est tres unciæ qui & triuncium quoque dicitur. Triens tertia pars assis. Quincunx unciæ quinque:semis dimidium assis. Septunx septem unciæ. Bes unciæ octo:quasi des dē pto triente ex asse. Dodrans dempto quadrante nouem unciæ:quem & nonuncium dicimus. Dextās: decem unciæ dictus quia assi deest sextans. Deunx undecim unciæ:quasi una uncia ex asse dempta: Inde as ex duodecim unciis constans:mna a græcis:mina a nostris interpositione littere appellatur. Hunc & libram dicimus: cuius diminutiuum libella:a qua & deliberare:quia quid perpēditur tractum est Libellæ dimidium est sembela:quæ semis assis erat:supra assem erat dupondus:libræ duæ a duobus ponderibus. pondus.n.& pōdo assis pondere dicebatur:unde & unum pondus est assipondium appellatum: Vltra dupondium est sestertius libræ duæ & semis:dictus quasi semis tertius:hoc est post duos sequēs tertio loco semis quia.n.fiebat ex duobus assibus & tertio semisse sestertium ueteres uocauerāt.auctores sunt Varro Festus uictruuius & cæteri doctiores quos ego testes rei tam notæ non adduxissem:nisi apud Lampridium in heliogabalo compissem:sestertia centum libras.xxx.argenti esse:sed parum idoneus auctor est cui credere debeamus: nisi forsan eius æuo erant eiusmodi pondera īmutata:supra sestertium tressis a tribus assibus dicitur ut apud psium tressis agaso. Octussis quoque ac nonussis:decussisque reperitur octo nouem ac decem asses. Decussem uero & denarium a.x.assibus nomīaret. A duobus deinde decussibus bicessis.i.xx:asses. A tribus tricessis triginta asses. Persius & cētusie utitur:ut Et centum græcos curto centusse licetur. Erant autem centusse centūm asses:qui erant breues ex ære nummi:supra centussem maius æris uocabulum non habemus. Nam ducentos:tricentos:quadringentosue cum dicimus:non magis asses qui denarios:aut alios nummos significamus. Infra uero talētum est:cuius uariæ species cum pondere:tum materia extiterat. Nam secundum diuersas gentes:diuersi quoque ponderis inuenitur. Verum quod celebrius est:atticum maius & minus talentum extat. Minus assibus.lx. Maius tribus & octoginta & triente describitur:licet aliqui octoginta tantu assium extitisse contendant. Pli. maior talētum atticum ex Varronis sententia sexdecim sestertiis taxari scribit. Cui si credimus librarum erit quadragīta:sed hæc de pondere. Materiam uariam extitisse grauissimi attestantur auctores:nam non solum aurum:argētum æs hoc pondere æstimari compimus:sed ferrum etiam & alumen Curtius.n.canidi ferri talenta centum:& Herodotus aluminis mille talenta scribit hæc sunt mi Saxete quæ breuiter de mensuris ponderibusque collegi:si qua in re alia tibi usui esse possum: omne meum studium tibi paratissimum semper erit. Vale.

FINIS.

Impressum Venetiis per Bartholomeum Venetum de ragazonibus Regnante inclyto principe domino Augustino barbadico. Anno natiuitatis domini. M.CCCCLXXXXII. die.xvii. Januarii.

Registrum huius operis.

a b c d e f g h a est quaternus. h. duernus. omnes alii sunt terni.

48

4

800
1600

305
1

V-

Un Lucrabul
CĂRȚI ANTICARIAT
Lei 1600
C2262-2154/49

B. C. S.